









1659.

1. Böckelmannus, Joh. Fridericus : De remittitionibus
2. Chmoo, Henricus David : De libello.
3. Chmoo, Henricus David : De iuriis dictione.
4. Chmoo, Henricus David : De litis contestatione
5. Chmoo, Henricus David : De honestate mulierum.

1660.

1. Böckelmannus, Joh. Fridericus : De rectigalo a vectoris defractato.
2. Chmoo, Henricus David : De Thesauris

1661.

1. Böckelmannus, Joh. Fridericus : De actioem leborum
2. Böckelmannus, Joh. Fridericus : De lege Regia Rumanorum.
3. Böckelmannus, Joh. Fridericus : De maris et navigatione
4. Ranspeck, Sebastianus : De magis imperii-

1662.

1. Bockelmann, Ioh. Fridericus : De tempore legali
2. Chenu, Henricus David : De præstationibus in  
contractibus.

1663.

1. Bockelmannus, Ioh. Fridericus : Tures communes et  
electoralis Palatinæ circa processum Tauriniensem  
et II Taurinianum parte differentiae principes.
2. Bockelmannus, Ioh. Fridericus : De expectativa  
fendali.
3. Branspeck, Sebastianus : De remediis ad vermo  
nimiam unius vel paucorum civium excellentiam.

1664.

1. Chenu, Henricus David : De dominiis.
2. Chenu, Henricus David : De usucaptionum et  
præscriptionum materia  
Paderborn, Samuel:
3. Loyet <sup>Gulielmus Fabius</sup> : Dissertationis super rebus gestis  
Philippi Augustae.





*fi.*

DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> HISTORICO-POLITICA,  
*De*  
**REMEDIIS ADVERSUS  
NIMIAM UNIUS VEL PAU-  
CORUM CIVIUM EXCEL-  
LENTIAM,**

*Quam,  
Favente divinâ Clementiâ,  
SUB PRÆSIDEO  
EXCELLENTISSIMI ET CLA-  
RISSIMI VIRI,*

**DN. SEBASTIANI  
RAMSPECK**  
POLIT. AC ELOQUENT. PROFESSORIS  
P. ET h. t. PRORECTORIS  
MAGNIFICI

*Publico Examini Subjicit  
JUSTUS HENRICUS STORREN  
HILDESHEIM.*

*A. & R.  
Die Martij horâ locoḡ consuetis.*

*T. M.*  
*Sc (o) Sc*


HEIDELBERGÆ,  
Excd. ÆGIDIUS WALTER Acad. Typogr.  
ANNO M DC LXIII.

*1663*

*16*

*1663,3*





## LECTORI FELICITATEM.

**Q**ui Excellentium Virorum Vitas olim concinnarunt, hi vel ortum illorum, progressum & egregia facinora excusserunt singillatim, ut Cornelius Nepos purissima Latinitatis Autor, & Augusta Historia Scriptores aliquot; vel Facta illorum inter se contulerunt, ut Plutarchus in Parallelis. Horum nonnulli affectibus abrepti, blanditias, Tacit. H. pessimum veri affectus venenum admiscuere, c. 15. §. 6. vel odio privato induldere nimium: quorum adulatio fadum crimen servitutis, malignitati falsa species libertatis inest. Scopum Id. I. H. c. huic Dissertationi prorsus alium prefixi, & modum illuc collimandi longè diversum. Salus nimirum publica mihi unica hic Lex est, nec ullius vel favorem aucupari, aut famam, ladere ullibi intendo, Excellentibus Viris, quos recenseo, & quos Historica certaque suggestit fides, nec beneficio nec injuria mihi Id. I. H. c. cognitis. Unde cogitata mea firmare decre- 1. §. 5.  
verim,

verim , & candori meo lumen fænerari ,  
Lectorem curiosum latere nolui. Est enim

Præsat.in  
N. H. ad  
Vespa-  
sian,

benignum , ut arbitratur Plinius , & plenum  
ingenui pudoris , fateri per quos profeceris.  
Ex Historicis non nisi celebriores selegi , ple-  
rosque rerum sui temporis conditores , trium-  
phante ubivis applausu receptos , quos inter  
politissimus Tacitus agmen dicit. Stultiſſi-  
mum enim credo , ait Plinius nepos , ad  
imitandum non optima quaque proponere .

Symach. præferre , superforaneo labore conarer , aut  
3. Ep. 48. solem adjuvare facibus certarem ? Non  
6. q. 1. c. 7. 1. 21. §. enim ad multitudinem respici oportet , sed  
3. ff. de Testib. sinceram testimoniorum fidem. Hac aquis &  
iniquis , ut spero , Lectoribus sufficient , ne-  
sapi vero ac morosi quid carpant cen-  
sus , hilum vel ciccum non in-  
terduim. Vale.

Plaut.

Rudent.

2.7. 22.



# I. N. D. N. I. C.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

**U**æcunque spectant ad conservationem Rerum. ad duo capita commodè referri posse autumo. Primum est, ut ab initio statim prospicias, ne quid illa detrimenti capiat: Alterum, ut si quid ejusmodi acciderit, salutatibus remediis in melius id convertas. Utriusque non uno loco meminit Aristoteles: Et quamquam primum multum preferri mereatur posteriori, quum præstantius sit sanitatem corporis humani sartam tētamque conservare, quām jam debilitatam vigori pristino restituere, ea tamen humani ingenii imbecillitas est, ac tam tenuia mutationum civilium principia ( illa enim à partis initium sumunt, quæ etiam prudentissimorum curam & industriam fallunt ) ut ad posterius recurrendum, & secundo cursu corrigendum sit, si quid adversi Remp. invaserit, quod tametsi facilius aliquantò est priori, quum magis proclive sit rem cæptam sequi, quām ab initio move-  
re: Exiguum enim malum despiciuntur, majus vero factum magis appetit, magisq; incurrit in oculos; non minima ta-  
men cum difficultate est conjunctum, prorsus quemadmo-

Arist. l. 8.

Pol. c. 3. 4.

C. 38. Ma-

chia. l. 7.

Hist. Flo-

3. Pol. 9.

Mach. l. 6.

6. Pol. 4.

4. Pol. 1.

A

dum

dum non minus operosum est aliquid dediscere, quod animo  
jam inhæret, quam quod nondum, addiscere.

§. II. Utrumque autem, præter interiorem Re-  
tum publicarum notitiam, perfectam requirit causarum co-  
gnitionem, quibus corrumpi illæ solcant. Ab hac enim illa  
conservandi scientia dependet, quemadmodum Medicum  
omnes morborum causas & originem nosse oportet, si cor-  
pus humanum ab illis immune & liberum præservare, aut il-  
los, ubi invaluerint, inde expellere animum induxerit.

§. III. Causæ autem illæ in universum vel sunt na-  
turales, vel supernaturalis. Hæc est providentia divina, cuius  
nutu terrena hæc reguntur. Illæ vel sunt Internæ vel Exter-  
næ. Internæ quæ in ipsa Rep. ejusque visceribus hærent.  
Externæ, quæ extra eam subsistunt. Utriusque generis vel  
sunt Personæ, vel Res, sine quibus felicitas civilis obtineri  
nequit.

§. IV. Sciendum verò mutationes illas, quæ ex  
dictis causis proficiuntur, non uno codemq; modo sese  
semper habere. Accidit enim interdum, ut per se statum  
mutent, interdum per Accidens, directò scilicet statui non  
oppositæ: 2. ut interdum mutent integrum formam, ali-  
8.5. Pol. c. quando tantum partem, quod fit, si vel Rectores muten-  
6.1. Rhet. tur retentâ formâ, vel quando ipsa forma fit remissior vel  
6.4. 6. 24. intentior. 3. ut nonnunquam mutent per consensum, non-  
6. 25. nunquam per vim, qui tamen modi sepiùs inter se com-  
miscentur. De his aliquaque causarum differentiis accurate  
aliquando differuit Cl. Conringius Prælection. de Conser-  
vatione Regnum, & Disputat. de Morbis & Mutat. Re-  
rump.

§. V. Atque hujus quidem instituti ratio postu-  
lat, ut sepositis reliquis mutationum causis personas inspicia-  
nus

•§ (3) §•

mus , considerando quomodo ab illis Resp. corrumpi pos-  
fint , sive illæ in ipsa Rep. vel extra eam vitam agant.

§. VI. Quum autem ad omnem, quæ ab homine  
procedit, actionem requirantur duo : Voluntas primò, dein  
Facultas , quæ in mediis necessariò ad actionem istam re-  
quisitis occupatur , manifestum fit , omne id quicquid à  
personis contra Remp. ejusque formam efficitur , ex his  
duobus quasi fontibus emanare , ac pro eorum habitudine  
nunc maximè nunc minimè nocere. Quibus enim fa-  
cultas deest , etiam si habeant nocendi voluntatem , aut  
quibus facultate suppetente voluntas deest , illi non ita  
magnopere sunt metuendi , quam quibus ad nocendi volun-  
tatem facultas insuper accedit. Egregiè horum hominum  
differentiam noverat Augustus, cum supremis ad Tiberium fer-  
monibus tractaret , quinam adipisci principem locum sufficiunt  
abnuerent, vel impares vellent, idem possent cuperentque. Quip Tac. I. I.  
pe Manium Lepidum dixerat capacem, sed aspernantem: Gallum An. c. 13.  
Asintum avidum & minorem : Lucium Aruntium non indi- §. 2.  
gnum, & si casus daretur ausurum. Adversus singulos autem  
conducit, Reip. salutaribus remediis prospici , quæ pro dif-  
ferentia duorum , quæ diximus , principiorum ipsa quoque  
differant oportet. Ac primi quidem generis sunt illa , quæ  
ad voluntatem spectant , quibus prospicitur , ut, quoad  
possit , tam exterorum quam civium voluntas in præsentem  
statum amica reddatur , aut , si jam sit , conservetur. Si  
vero hoc ipsum obtineri non possit , quum flexibiles sint ho-  
minum voluntates , recurendum ad secundi generis remedia,  
qua facultatem nocendi concernunt , providendumque ne quis  
etiam si impensè cupiat , ea instructus sit potentia , ut queat  
nocere.

§. VII. Verum enim vero illa posterioris generis

A 2

reme-



remedia iterum sunt duplia. Duplici enim modo Potentia Personarum potest considerari. 1. ut unius vel paucorum divisim sumptorum. 2. ut integræ alicujus partis ( velut in Aristocracia & Oligarchia plebis , in Democracy & regno Optimatum ) vel totius alicujus provinciæ conjunctim acceptæ.

15. P. 1. 2.

3. 4.

3. 6. 6. 3.

Utriusque meminit Aristoteles , & utramque recte poni inter generales corruptionum civilium causas , hanc quidem Augmenti immoderati , illam ὀτεροχήσια seu Excellentiarum vocabulo comprehensus. Ita enim sese ipse explicat , cum inquit : *Fit Excellentia ubi quis fuerit potentia major , vel unus vel plures , quam ferat civitas & facultas Reip.* Apparet proinde alia Remedia esse quæ adversus integræ partis , alia quæ contra singulorum Potentiam conducunt. Mihi quidem constitutum est hisce paginis describere illa , quæ adversus Excellentiam singulorum adhibita , ex quantulacunque Historiarum lectione didicisse in promptu fuit , nullâ ostentationis gloriâ , sed ingenii exercendi cupiditate adducto.

§. VIII. Antequam verò tractationem istam aggrediatur , opera pretium imò necessarium existimo , considerare , quæ nam illa sint , ex quibus Excellentia illa oriri & existere soleat , quippe cum his incognitis & remedia non possint non ignorari. Sunt autem illa mea quidem sententia bona , quorum respectu quis Reip. valet aut nocere aut prodefesse. Hic enim hominum civiliter Excellentium est Character , eoque Bullionæum , ex cuius persona magna tum in rebus Gallicis erant momenta , insignit fortissimus Dux Rohanæus , appellans eum *un homme capable de procurer à un Etat des grands biens & des grands maux.*

Dans les  
livres de  
ses Mé-  
moires.

§. IX. Sunt autem illa bona vel in ipso homine , vel extra eum. In ipso homine sunt tum animi tum corporis bona. Atque hæc quidem aliis subsidiis destituta parum

'os(:s:)so

rum in evertendis & conservandis civitatibus momenti præstant , nisi illæ ita fortè fuerint instituta, qualiter Æthiopica, in qua ex formâ & decorâ corporis magnitudine conferri imperia solebant , testante Aristotele , quanquam , illa si 4. Pol. 6. 4. adfuerint hominibus cætera excellentibus, non minimum admirationis augustæque venerationis largiantur. Virtus autem quæ animi bonum est , est vel Theoretica vel Præctica. Theoretica, quæ omnem suam vim in contemplando exerit , neque se le ad actiones civiles demittit , illas infra suam maiestatem astimans , locum etiam hic per se habere nequit : Maximè verò omnium Præctica , cuius apex est prudentia , & cuius speciem sè penumero induit Naturæ quædam sagacitas , & rerum agendarum admirabilis promptitudo , qua ad commutandum statum nihil omnino efficacius , nihil validius.

§. X. Extra hominum bona quæ ipsum potenter reddunt , sunt 1. Magistratus & Honores. *Junt autem l. 4. Pol. 6.* Magistratus ( si ad personas respicias ) ut simpliciter dicam <sup>15.</sup> *hi maxime dicendi , quibus jus est de quibusdam & deliberandi , & judicandi , & imperandi , hocq; maximè . Imperare namque est magis proprium magistratus . In illis ergo datur maxima licentia boni & mali , præprimis in bellicis , ut non absque causa Tiberius post mortem Augusti veritus fuerit , ne Germanicus , cuius in manu tot legiones immensa sacerdotum auxilia , habere quam expectare mallet imperium . 2. Gloria rerum gestarum , quæ vel pacis vel belli comparatur artibus . Verus enim virtutis usus elucet in muneribus bellicis , & functionibus pacis : At illa hanc , velat corpus suum umbra , sequitur . Et verò nullum est dubium , quin illi , qui hoc genere excellunt , maximâ , si velint , instruti sint nocendi facultate , quippe quibus ad ingentem experientiam studia ho-*

*Fr. Bat. de  
Verut. S. E.  
c. 11.  
Tac. 1. 47.  
c. 7. § 6.  
Contar.  
de Rep.  
Ven. l. 1.*

minum & admiratio accedant. Nec etiam raro evenire sollet , ejusmodi homines studio novandarum rerum agi , præfertim quos adeo prosperi rerum inflarunt eventus ; ut suorum meritorum magnitudinem ne ipsam quidem Rempubli-  
**Tacit. 4.** *cam ejusque Rectores , referendâ gratia , assequi posse exi-  
**An. c. 18.** stiment. Jactitante C. Silio , suum militem in obsequio dura-  
**§. 2. 3.** viisse , cum alii ad seditiones prolaberentur , neque mansurum Tiberio imperium , si iis quoque cupido novandi fuisset legionibus : Desfrui per hoc fortunam suam Cesar , imparemque tanto merito ratus est. Nam beneficia eo usque leta sunt , dum exolvi posse vi-  
 dentur , ubi multum antevenere , pro gratia odium rependitur. Certè ita Silio res cessit , à Tiberio falsis criminationibus ita presso , ut imminentem damnationem voluntario fine*

**H. Euseb. præverterit.** Eadem causa functi exitus superiori seculo ex-  
 de Rodez stitit Bironio Galliae Mareschallo , qui rerum gestarum ad-  
 dans la 3. mirando successu inflatus , plus quam civilia agitare ceperat.  
**P. de l' H. de Henry le Grand** 3. Maximum potentiae Instrumentum est Copia Amicorum , qui vel in ipso Rep. vel extra eam parantur. \* Tiberium post  
 p. 309. & mortem Germanici nihil penetravit , quam studia hominum ac-  
 351. censa in Agrippinam , cum decus patriæ , solum Augusti san-  
**\* Tacit.** guinem , unicum antiquitatis specimen appellarent , versique  
**An. l. 3. 6.** ad cœlum & Deos , integrum illi sobolem & superstitem iniquo-  
**4. §. 3.** rum precarentur. Neque verò injuriâ aut absque ratione  
 ista cura anxium Tiberii occupavit animum. Incredibile  
 enim dictu est , quantum in Republ. valeant , in quos populi aut militum conspirat favor. In Flandria apud Gan-  
**Fredard.** 1. 1. H. G. davos , tempore belli inter Philippum Valesium & Eduardum III. Gallia & Anglia Reges , homo quidam plebe-  
 p. 18. 25. jesus Jacobus Artevillanus tantam sibi apud vulgus compara-  
 28. verat estimationem , ut ipsi comiti non esset tutus in ditio-  
 nem suam accessus , sed cogeretur se in Galli Regis patroci-  
 nium

dium dare. De Thoma Aniello, qui tantas nostro seculo Braet. His  
 in Regno Neapolitano turbas concitavit, Historia in recen- Noſt. Temp  
 tiori adhuc versatur memoria. Eadem via Cosnus Medices ad An. 16.  
 ad Principatum Florentinum grassatus est. Militum autem 47.  
 favor quantum proſit, ex Romana historia quām maximē ap Mach. l. 4.  
 paret. Sulla & Augustus, legionib⁹ ad urbem hostiliter admotis Hif. Flor.  
 ille se Dictatorem in annos 5. lege Valeria jussit creari;  
 hic consulatum nomine exercitū sibi peti curavit. Cun- Sue. in  
 stante verò Senatu, Centurio Princeps legationis rejecto sa- Aug. c. 26.  
 gulo ostendens gladii capulum, non dubitavit in curia di- & in Ca-  
 cere: *Hic faciet, si vos non feceritis.* Sequentibus temporibus Lig. c. 49.  
 quid frequentius, quām electi & delecti à militibus Impe- c. 1. de Com  
 ratores, quorum integrum catalogum refert Onuphius Imper.  
 Panvinius. Sic electus Galba aurā & favore militum, evul. Tacit. l. 8.  
 gato Imperii arcano, posse alibi quām Roma Principem fieri. Vi. l. 2. H. 6.  
 tellium ut militaris favor extulit, ita & destituit: Nam posse 76. §. 7.  
 ab exercitu Principem fieri, sibi ipſi Vitellius documento eſt, ait  
 Mutianus 4. Divitiae maximi rerum agendarum nervi. His  
 autoritas parari potest modis, in hunc modō in illum be-  
 neficia conferendo, pecuniā juvando, & tandem donis lu-  
 disque tuum faciendo. Haec Cosmo ad Principatum viam Mach. l. 4.  
 munierunt. His Augustus sibi illum firmavit, milite donis, Hif. Flor.  
 populo annonā pellec̄tis, nobilibus quām quis servitio promptior, Tac. l. 1.  
 opibus & honoribus elatis. Prudenter igitur Dionysius Siculum An. c. 2. §.  
 quendam, qui ingentes opes singulari quodam artificio 2. 3.  
 congefferat, Syracusis exesse jussit, ut qui vias reperisset Ariſt. l. P.  
 rebus suis inutiles, hoc eſt, ut Sosibius apud Tac. inquit: *Auri c. 7.*  
 vim atq; opes principibus infensas. Atque hi sunt præcipui ci- Tacit. l. 11.  
 vilis potentiae fontes, quibus multum adhuc super addit An. c. 1. §. 2.  
 5. Nobilitas Generis, quæ ex majorum virtute & divitiis Ariſt. l. 4.  
 originem dicit. & magnum ad res turbandas viris poten- Pol. c. 17.  
 tibus

*Tac. An. l. tibus adjumentum assert. Valerius Asiaticus insimulabatur,  
11.6.1. §. 4. quod genitus Vienne, multiisque & validis propinquitatibus sub-  
G. H. l. 2. nixus, turbare gentiles nationes in promptu haberet. Verè Gra-  
mondus: Odere Reges quem metuant, primā quāque occasio-  
ne abdicaturi, non virtutis, non habitā ratione natalium, que  
ipsa sape casum accelerant.*

§. XI. Si qui ergò aut unus aut plures, iis que  
diximus bonis plus valeant, quām ratio civitatis permittat,  
non potest illa non in magno periculo versari. Eſt enim  
ea civitatis natura maximē, ut ex paribus & aequalibus conſe-  
q. Pol. II. stat, ac proinde neglectā illa æqualitate fieri non potest, ut  
civitas salva permaneat, quod uſu venire ſolet, ubicunque  
Contar. l. plura in unum conveniunt. Sic ſolvitur mixtum, ſi quodpiam  
3. de R. V. elementorum ex quib. corpus conſtat, alia ſuperaverit: Sic omnis con-  
ſonantia diſſonans fit, ſi fidem unam ſeu vocem plus minusve  
l. 5. Pol. 3. intenderis, quām par fit. Corpus conſtat ex membris, inquit Ari-  
ſtoclēs, & proportione quādam augeri debet, ut partes & membra  
inter ſe reſpondeant, quod ſi non interit corpus: ubi pes qui-  
dem quatuor fit cubitorum, reliquum autem corpus duorum  
palmorum. interdum etiam in alterius animantis formam mu-  
tatur, ſi non tantum quantitate, ſed & qualitate ultra pro-  
portionem augeatur. Sic etiam civitas malē ſeſe habeat ne-  
ceſſe eſt, niſi omnes ejus ex quibus conſtat partes, æqua-  
bili proportione inter ſe cohārent. Accedit illud quo-  
Ariſt. l. 2. que, quod ejusmodi homines, Excellentes diſſiculter alio-  
Rhet. c. 16. rum imperio pareant, quia ſe dignos iudicant qui imperent  
§. 6. ipſi. Habere enim ea que homines faciunt imperio dignos. Ve-  
4. Pol. II. rē Philosophus: Qui excellunt quidem hiſ bonis virium &  
di-  
vitiarum & amicorum, aliisque id genus, parere neque volunt  
neque norunt, idque etiam pueris continuò tanquam domi agnaſ-  
citur, Nam propter indulgentiam ne in ſcholis quidem uſe-  
ratum

68 (93) 28

atum est parere. Hinc ergo turbæ & seditiones oriuntur  
in Republica. Universè enim sciendum, eos qui opum seu po-  
tentia fuerunt autores, tum privati tum Magistratus, tribus de-  
nique & omnino pars sive qualiscunq; multitudo, seditionem mo-  
vere. Nam qui vel his invident ut honoratis, seditionis faciunt  
initium, vel bi ipsi propter Excellentiam aequo jure nolunt vive-  
re. Ejusmodi hominum numerum omnium seculorum Hi-  
storiæ nobis subministrant. Talem fuisse legimus Cæsarem  
& Pompeium, quorum hic neque superiorem ferre poterat, ne-  
que ille parem. Talem Aristoteles describit Jasonem, qui se  
efurire dicebat, si non regnaret, quasi privatus esse nesciret, cum  
quo conveniebat illud Tiberii, qui objiciebat Agrippinæ:  
Illam ledi quia non regnaret. Eodem ingenio prædictus fuit  
Cæsar Borgias, alias Dux Valentinus dictus, de quo Tac. An.l.  
Poëta:

*Aut nihil, aut Cæsar dixit, utrumque fuit. Hujus-  
modi hominibus nihil mediæ est inter summa & præcipitia, Grot. de  
nec facile plus velle posse definunt, nisi id, quod volant, effice- Antiqu. R  
re posse desperent. Facilius enim est, eleganter inquit Aeneas  
Sylvius, Famosum in Asia Gordii nodum solvere, quam poten- Hist. Bob.  
tia regnique blanditiis sese explicare. Rectè ergò Dux Roha. 6.63.  
næus : C'est une chose certaine, qu'en tout Royaume l'autho-  
rité du Roy diminue celle des Grands, comme aussi l'accroisse- Au Di-  
ment d'iceux amoindrit le pouvoir Royal : C'est une balance scours sur  
qui ne peut estre égale, il faut toujours que l'un des coûtez l'em- le temps  
porte. Et Baco de Verulamio, quod nobilium potentia & au- present.  
toritas Principi impertiat splendorem, potestatem verò imminuat, Serm. Fid.  
quod idem quoque in aliis Rebus p. præserim liberis quam 6.14.  
est verissimum. Magno enim est cum periculo civitas, in qua  
qui velint, possint quoque eam invadere. Romana certè id ipsum  
in Sulla, Mario, Crasso, Pompeo denique & Cæsare satis  
B superque*

superque experta est, quorum potentia victam armis liber-  
 pac. l. 2. tatem in dominationem vertit. Florentia in Mediceis, Vero-  
 H. 6.38 §.3 na in Scaligeis, Mediolanum in Sforciis, Luca in Castrucio  
 Mach. H. Castracano, quin id ipsum in Rep. Cretensi ante sua tempora  
 fl. Castracano, scribit Philosophus, ita ut probabiliter satis conclu-  
 sione accidisse scribit Philosophus, ita ut probabiliter satis conclu-  
 l. 2. H. 11. dat Machiavellus : Ne quicquam in rebus humanis perpetuo  
 Comini. 1. constet atque vigeat, esse in singulis Rebuspubl. fatales familias  
 de B. N. quarum potentia & autoritas illarum exitio nascantur.  
 Machiav. §. XII. Quamquam hæc ita se habere constet,  
 in vita sciendum tamen est, non omnem Excellentiam, quæ ex  
 Castruc. l. & c. cit. supradictis causis originem dicit, pariter omnibus Re-  
 H. ist. fl. 3. busp. nocere, pariterque esse metuendam. Eminentia enim  
 virtutis, non nisi in Rebusp. pravis per se suspecta esse de-  
 bet, quum illa prædicti omnium minime moveant sedicio-  
 1. An. 6.13. nes. Tyranni autem ab optimis sibi periculum metuant, ut  
 §. 1. de Tiberio loquitur Tacitus, qui vel Aruntium ut promptum  
 aribus egregius & pari famâ, ea de causa publice suspectabat  
 Ibidem. Contrà verò in veris Regnis aecidit, ubi tantum absit,  
 quod suspici debeant à Regibus virti virtute eminentes, ut  
 l. 1. Arg. 6. genus etiam inhumanitatis noxiosissimum sit, non illos extol-  
 10. pr. p. 83. lere & præmiis solicite de publico, verba sunt Arsidae apud  
 Barclajum. Nullum enim magis boni imperii instrumentum, quam  
 Tac. 4. H. boni amici. At nemo bonus amicus, nisi idem virtute præ-  
 6.7. §. 6. ditus. Porrò Excellentia virtutis rationibus Democratis  
 3. Pol. 9. adversatur, quia illa maximè videtur æqualitatem perse-  
 qui, quam nulla ratione excedi patitur. Hinc illa Lex  
 Cic. l. 5. Ephesiorum, propter quam Heraclitus omnes morte mul-  
 Tusc. tando censuit. Altera se res habet in illis Rebuspubl.  
 Quast. in quibus Imperia & Magistratus ex virtute conferuntur. In  
 illis enim si quis tantum virtute præstet, ut reliquorum vir-  
 tutem supereret, hunc imperare, reliquos verò obedire, z-  
 quum

quum existimat Aristoteles. Neque enim interficere, vel in l. C.  
exilium ejicere, vel Ostracismo pellere talem utique decet, neque Lib. cit. c.  
ut vicissim pareat postulare. Nam natura repugnat, ut pars toti  
præstet, quod accidit et, qui tanta præstantia est præditus. Reliquum  
est igitur, ut tali pareatur, & sit Dominus non vicissim, sed  
omnino. Simili modo divitiarum magnitudo Tyrannis  
suspectior est, quam veris Regibus. Illis enim aspiciuntur  
ut instrumenta depellendæ dominationis. Sub his vero magne  
opes innocentia parte, & modestè habite, gloria esse possunt, ut  
de Cn. Lentulo testatur Tacitus. Sunt eadem quoque mul- 4. An. a.  
tò periculosiores in Republ. libera, quam in Principatu, quia 44. §. 1.  
æqualitatem civilem nimis enormiter excedunt, maximè  
si illa sit moribus corrupta, & quod ille de Romana jacta-  
bat, venalis si emptorem invenerit. Idem de reliquis di-  
cendum, in primis de Nobilitate & Excellentia generis, quæ  
Tyrannis maximè est suspecta, præprimis eorum, qui in  
occupato Imperio jus aliquod prætendunt, quod in Tiberio  
& liberis Germanici evidentissimè apparuit.

§. XIII. Hisce nunc cognitis, proximum erit ad  
ipsa remedia progredi, quæ uti ex Thes. I. fit manifestum,  
dorum sunt generum. Alia enim sunt quibus ab initio  
efficitur, ne talis aliqua civium eminentia in Republ. existat:  
Alia quæ contra jam existentem adhibentur. De illis, quæ  
sunt prioris generis, dicendum erit primo loco, in quibus  
generalia quædam occurrent prius, quam ad magis specia-  
liora descendat sermo.

§. XIV. Primò autem omnia optimè ejusmodi  
Excellentia civium præcaveri poterit, si ipsa Respubl. ad me-  
diocritatem instituta & conformata sit. Ita enim æquali-  
tatem, quæ potissimum societatis humanæ vinculum est,  
facilius observare in promptu fuerit. De Romana id aper-

Hist. l. 2. tē testatur Tacitus : *Vetus*, inquit, ac jam pridem infata  
 6. 28. §. 12. mortalibus potentia cupidō, cum Imperii magnitudine adolevit  
 3. 4. erupitque. Nam rebus modicis aequalitas facilē habebatur ; Sed  
 ubi subacto orbe, & emulis urbibus regibusq; excisis, securas opes  
 concupiscere vacuum fuit, prima inter patres plebemq; certamina  
 exarjere, modò turbulenti tribuni, modò consules prævalidi, ac  
 in urbe & fero tentamenta civitum bellorum. Mox è plebe  
 infima C. Marius, & nobilium servissimus Sulla, vietam armis  
 libertatem in dominationem verterunt ; Post quos Cn Pompeius  
 occultior non melior, & nunquam pſtea nisi de principatu qua-  
 situm.

§. XV. Secundò si mediorum in ea potissima ha-  
 beatur ratio. Accedit enim hoc medio, ut nemo ad ejus-  
 modi Excellentiam adspiret, sed omnes in ore atque animo  
 habeant illud Phocylidis :

*Arist. l. 4. Eſſe volo mediū, mediis ſunt commoda multa;*

P. 11. Et verò hoc remedium non tantum singulorum, sed &  
 integræ partis incrementum impedit, si ic mediorum pars,  
 si non utraque certè tamen alterutrā, reliquarum sit po-  
 tior.

*Arist. l. 6. §. XVI. Necessum præterea eſt Remp. legibus  
 effe firmaram, quibus ejusmodi potentia prohibeatur. Tum  
 enim optimo jure in legum contemptores, animadvertis-  
 licet in eos, qui nimia ejus fundamenta ſtruunt. Tales in  
 Rebus publ. benè constitutis quamplurimæ vigeant, ex quibus  
 in ſequentibus nonnullæ in medium producentur. Quum  
 verò legum utilitas non ſequatur ex eo, quod latæ ſint, ſed  
 quod obſerventur, proſpiciendum omnino erit, ut illis  
 ſemper ſuus ſer honos & reverentia, neque earum autoritas  
 per ulla privilegia labeficeretur in granam alicujus, etiamſi  
 tanta ejus ſit virtus, ut in eo nulla hæreat ſuſpicio. Non enim  
 tanium*

tantum ordinare in praesens, verum ipsis nepotibus (& successoribus) Rempubl. Reges (& quilibet Rectores) debent, & in-  
epitissimi in unius hominis virtutem cultus & admirationis est, 3.  
publicum munus, si quo ille fungitur, multiplici liberaq; potestate  
attollere, quasi fatale sit, ut ea semper dignitas cadat in probos,  
cum potius armatura sit viribus suis temeritatem eorum, qui am-  
bitu vel errore in eam succendent. Si verò accidat nonnunquam,  
ut necessitate urgente largienda quedam sint. Otthonis Boccal.  
exemplum imitatione exprimi potest, qui dabat ostentui ma-  
gis quam mansura.

§. XVII. Ad legum porrò observantiam quam  
maximè accommodatum est, si certi Magistratus aut Cura-  
tores constituti sint, qui civium actiones diligenti curâ ob-  
servent, laborentq; malum in ipsa herba opprimere, si quem  
nimis plus crescere animadvertant, (qualem curam apud  
Venetos sustinet Collegium Decenvirale, apud Florenti-  
nos Ganfolonierius) vel ad minimum Rempubl. aut ejus Re-  
stores hac de re commonefiant. Hinc est quodd p̄fectis Contar.  
provinciarum vel legatis adjungi plerumque soleat persona, Mach. H.  
quovis etiam titulo sit, quæ explorandis illorum actis inter-  
viat. Tales apud Romanos erant Procuratores, quos lega-  
tis & p̄fidiis provinciarum addebat, quanquam & ipsi  
non tardò prærarent minoribus provinciis cum Jurisdictione. Savil. in l.  
Cyrus p̄fidiis Satrapas adjunxit, singulisq; annis suspecto- H. Tac. c.  
res in provincias misit, cum potestate extraordinaria, qui Xenopb. l.  
Statum regionis, subditorum & actiones p̄fidum intue- 8. de Pæd.  
rentur, & de iis ad se rescriberent. Idem apud Romanos Cyri.  
usu valuisse autor est Tacitus: Olim, inquit apud illum Petrus An. 1.15.  
Thrasea non modo Prator & Consul sed privatetiam mittebantur, 6.21. §. 8.  
qui provincias viserent, & quod de cuiusque obsequio videretur  
referrent, trepidabantque gentes de estimatione singulorum. In Gallia.

§ ( 14 ) 50

ls. H.G. Gallia ( verba sunt Gramondi ) in valuit ut provinciarum Pro-  
Regibus admovereatur à Rege rogatus assitens , cuius officium , &  
jura militi distribuere , & si quid à milite , si quid à ProRege  
peccatur inquirere , & monere Regem de omnibus . Sic patent Regi  
quacunque in provinciis fiunt . Eadem arte usus est Carolus V.  
adversus Ducem Saxoniae Mauricium . Il luy fit expedier

Au pre- ( verba sunt Autoris Gallici ) des patentes de General en la  
mier livre de la i. p. meilleure forme , & qui contenoient en apparence un pouvoir  
de la Poli- moins limité que ceux , qu' on avoit accoustumé de confier aux  
tig. de la autres , mais pour tempérer à sa mode un excés , qu'il jugeoit alors ne-  
Maison d' cesseur , en mesme temps à l'ombrage , qu'il avoit conceu de luy ,  
Austrie. il luy donna le plus fidel & le plus raffiné de ses Emissaires , qui  
sous pretexte d' exercer la charge de Commissaire General , auoit  
ordre d' esclairer toutes ses actions .

§. XIX. His ita constitutis in Republ. facilius  
erit initia Excellentia perspicere , quibus cognitis statim omni  
industria est obſtendum : Dilata enim in moras invalescere ,  
ac tandem difficulter reprimi poſe , ait Nicolaus Uzanus apud  
Machiavellum . Hoc autem fieri potest , si quod optimum  
impedienda potentia remedium esse afferit Machiavel , obex  
ponatur iis rebus , ex quibus eam existere superiorius dictum  
est , quod cum generale nimis sit , per singula deducendum  
est , factō à virtute principio .

§. XIX Quibus igitur virtutis Excellentia est odiosa , illi  
omnem bonæ educationis curam , ludos literarios , exercitia  
militaria civibus suis interdicunt , utpote illa , quibus illo-  
rum animi ad virtutem excitantur formanturque . Tales  
sunt praecipue Democratici & Tyranni , qui volunt ut cives  
sui humiliissima sentiant , idque ob duas potissimum rationes ,  
quarum prima est , quod malis magis delectentur , juxta illud  
Arist. I. 5. Clavus Clavo . Secunda eaque potissima , quod eo se muni-  
pol. c. ii. tiores

iores censcant, quò illi, quibus imperitans fuerint nequiores. *Sallust. Or.*  
 A patvi enim animi hominibus nullæ infidæ sunt metuen-  
 dæ, quibus Tyrannorum plerumque subjecta est conditio. *i.de Rep.  
ord.*  
 Ita apud Turcas nullas literarum palæstras perferti, ut & a-  
 pud Moscovitas, literis produnt earum gentium Historici.  
 Sunt tamen nonnulli, quibus hoc Tyrannorum institutum  
 displicet, imò qui contraria potius via procedendum existi-  
 mant, suntque illi, qui studiis literarum nimis ardenter  
 promotis, emolliri civium animos statuunt. Otium enim *Lipf. in  
Not.ad.2.*  
 & mollitiem nulla re facilius & honestius in animos irrepe-  
 re, quàm via hac literarum asserunt: Quare id in civibus  
 observandum Principi, ne nimis aut omnes studiis fese appli-  
 cent, ne sc. fortitudo atque magnitudo animi deleatur; con-  
 tra verò Tyrannis, qui obnixè volunt cives suos humilia fen-  
 tire, ea maximè illis esse permittenda. Tueri enim se &  
 statum suum milite externo. Verum enim verò hæc speciem  
 magis veri habent; quàm veritatem ipsam. Accidit enim  
 malignitate eorum, qui literis operam dant, nec his im-  
 putandum, si illi ad humilia demergantur. Egregiè hæc res *Baco.de.  
Verul. l. i.  
de Augm.*  
 jam soluta est à viris doctissimis, post quos actum agere non  
 est opera pretium.

§. X X. In magistratibus autem & honoribus con-  
 ferendis ea tenenda est moderatio. Ne 1. fint nimis magni, *Sibon au  
disc.13. du*  
 hoc est: ne jus Magistratum sit nimis absolutum. Tanta *l. liure au*  
 enim potestate corrumpuntur animi hominum, & sepius in *Ministre  
d'Estat.*  
 prava aguntur. Et hanc fuisse causam non dubitat asserere *Arist. l. s.  
Pol.8.  
L.5. P. s.*  
 Aristoteles, unde tam crebræ Tyrannides olim exstiterint,  
 quod scil. magna imperia quibusdam fuerint mandata, ut  
 Miletii ex Pritania: *Prytanis namque multarum magnarumque  
rerum potestatem habebat.* Huic similis apud Romanos fuit  
 Dictatura, quæ Cæsari invadendæ Tyrannidis ansam & poten-  
 tiam

tiam p̄t̄ebuit. Optimè hac in parte sibi prospexit Respubl.  
**Contar.** l. Veneta, in qua jus Magistratum adē modicum est, ut nullus  
 2. de Rep. tametsi summus quicquam statuere possit, quod alicuius momenti  
 Ven. haberi debeat, nisi de consiliī sententia. Eadem de causa rārō,  
 & non nisi summa urgente necessitate, universæ classis præ-  
 fectum constituant. Non enim temerē alicui tam magna con-  
 ceditur potestas, ut omnia ex unius civis arbitrio dependeant in-  
 l.s. de Rep. quit Contarenus.

**Ven.** §. XXI. II. Ne sint longinqui nimis aut perpe-  
 tui. Duo sunt, inquit Cleobulus ad Melandrum, que regnum  
 Barcl. Arg. tui. proceribus obnoxium reddit, Magistratum longinquitas, &  
 l.3. c. 6. Multitudo arcum, quorum prius generale omnium Rerum  
 public. arcum pronunciant Politici. Superbire enim ho-  
 Forst. Tac. mines annuā ambitione, quid si in quinquennium agitant? verba  
 l.1. Ann. sunt Tiberii qui præterea existimaverat per quinquennalia  
 c. 1. §. 2. ista Magistratum comitia arcana Imperii tentari. Accedit  
 Tacit. l.2. quod longinquitate illa Magistratum honores ad paucos  
 An. t. 36. solum redigantur quod facile in civitate seditionem mo-  
 §. 4. vet: Ubi enim multi sunt in honorati, ibi necesse est civitatem  
 ib. §. 2. hostibus esse plenam: Vix per singulos annos offensiones vitari,  
 Arisf. l. quavis repulsam propinqua spes soletur, quantum odii fore  
 3. Pa. 7. ab his, qui ultra quinquennium proficiantur idem Tiberius  
 Tacit. l. c. inquit. Qua de causa apud Romanos Consulatus, Quæstur-  
 ioah. Peri ra, Adilitas cæterique omnes magistratus erant anni, &  
 de Rom. & præter Dictaturam, & Magisterium equitum, & Censuram.  
 Grat. Ma. gistr. Dictatura enim & Equitum Magisterium ad tempus se-  
 lob. de stre sumebantur, Censura quinquennio definiebatur. Ita  
 Laeth. de quoque apud Genuenses maximi magistratus breves sunt.  
 script. Reip. Ge. Dux enim ibi ut & Octoviri biennio præsunt, Imperatoria  
 nuen. verò dignitas annua est. Et hæc quidem ita constituta be-  
 ne se habent. Contrà verò magni honores in longum acti  
 periculo

periculo s̄pē sunt Rebuspubl., quemadmodum Cæsari pro.  
longata Dictatura in quinquennium causa fuit eversæ Reip.  
Democraticæ in Monarchicam. Si tamen alterutrum ho-  
rum, de quibus diximus, esse debeat satius esse existimat Ari-  
stoteles, ut parvi licet diurni honores mandentur, quām  
statim magni. *Nam hū corrumpantur, neque cuiusvis est ho-*  
*minis secundam ferre fortunam*

Arist. I. q.  
P. c. 8.

§. XXII. III. Ne honores cuiquam subitò & si-  
mul, sed pedentini aut prout merita ejus exigunt, con-  
ferantur, idque præcipue duas ob causas, quarum prima  
est, quod hac via istis hominibus adimatur stimulus præ-  
clara pro Republ. suscipiendi. Collata enim ab initio statim  
in eorum manus omni potestate, quid ipsis in posterum  
sperandum relinquitur, præter absolutam aliquam domi-  
nationem, ad quam, si paululum fuerit inquires eorum a-  
nimus, aspirant, armati scil. ipsis Reipubl. viribus. Lauda-  
tur hac in parte præcipue cura Venetorum, qui Imperia  
& honores suos sola meritorum censura metiuntur, quem-  
admodum non parum à prudentiæ doctoribus culpantur  
Romani, quod Cæsarem & Pompejum immodicis statim ho-  
noribus cumulaverint. *Quid enim tam prater consuetudinem,*  
*quām horum peradolecenti, cuius à Senatorio gradu atas lon-*  
*gè abesse, imperium & exercitum dari? exclamat Cicero. Erat pro Leg.*  
*enim Pompeius vix annum vigesimum tertium egressus, Manil.*  
quum à Sulla adversus Carbonem & Perpennam cum im-  
perio mitteretur, Verum & ipse Cicero hac in parte im-  
perio cùm in Octavium juvenem extraordinarios honores Sen. Rom.  
congereret, de quo ipsum Brutus in tot Epistolis redarguit: *Psg.*  
Verba ejus inter alia hæc sunt: *Ego tum, inquit, facilita-*  
*tem & prudentiam laudabo tuam, cùm exploratum habere cœ-*  
*pero, Cæsarem honoribus quos acceperit extraordinarius fore con-*

C

tentudo

Bottal. C.  
I. R. s.

Zar. Zao

mos. de

Sen. Rom.

Psg.

tentum; Alienæ igitur, inquis, culpæ reum me facies? prorsus  
*Comm. ad alienæ, si provideri potuit ne existeret.* Sed fatalem hunc  
*l. i. Polyb.* errorem fuisse Imperio Romano judicat Isaacus Casaubo-  
*nus*, cui bellis civilibus fesso non aliud remedium fuit,  
*Tacit. l. i.* quām ut ab uno regeretur. Altera causa est invidia reliquo-  
*An. c. 6. f.* rum civium, qui illis invidunt, vel quod sese istis honoribus  
*l. i. Hist.* judicent digniores, unde querelæ quales fortissimi Græ-  
*c. 21. §. 2.* corum.

*Ignavus fortisque uno dignamur honore.*

*Arist. l. 2.*

*P. c. 5.*

Vel quod illos judicent indignos, vel potentia sua abuten-  
*sur le tes, unde odium in ejusmodi homines, ex odio seditio, præ-*  
*Gouvernem- sertim si sint extranei. Utrumque superiori seculo appa-*  
*rement* ruit in Ancræo Galliæ Marechallo, cui quanquam exter-  
*ne & indigno tanta tamē concessâ erat potestas, ut ferè*  
*eslet absoluta. Expressè id de eo pronunciat Dux Roha-*  
*næus. La faveur ( verba ejus sunt ) de Mons. le Marechal d'*  
*de la Rei- Ancre est abhorree & suspecte, & ceux qui s'en taisent, sont*  
*ne Mere. ou pour effect ou pour esperance attachez à sa fortune. Et certes il*  
*n'y avoit point encore d'exemple d' homme, honoré du baston de*  
*Marechal de France, qui n'eut jamais servi en l'armée: ny d'hom-*  
*me qui tout à la fois, eut entre ses mains le soing le seau, & la bous-*  
*se du Roy. C'est à dire toute son autorité. Accedebat quod An-*  
*cræus concessâ potestate nimis Tyrannicè utebatur. Inde to-*  
*tins populi, & præsertim Parlamenti Lutetiani querelæ: Stare*  
*jus vite & necis contra omnes unius arbitrio, Tyrannidem u-*  
*surpari bono sub Principe, neque privato augmento quiescere, ve-*  
*Gram. l. 1. rùm cuius studium omne desolatio Regni. Affectari ab ipso ar-*  
*H.G.* birria rerum. Regno incumbere novum hominem & alienige-  
*nam, infensum ne dum primoribus, sed & Regni Principibus,*  
*debacchari in Gallos, & furere velut in hostes &c. Et certè res*  
*reme.*

in apertam seditionem eruptura videbatur , nisi his turbis  
remedium in nece Ancräi Rex quæsivisset.

§. XXIII. IV. Denique ita coercenda est magistratum  
potestas , ut semper teneantur reddere rationes fun-  
ctionis suæ. Sapienter Aristoteles : *Hi qui in potestate l.6.Pol.6.  
sunt, inquit, nisi ex alius pendeant, hanc agre in officio persistunt,*  
*propter ingenitam cuique malitiam , reprehenditque ea de*  
*causa Remp. Spartanam & Cretensem, quod ibi senatores fue-*  
*rint immunes à rationibus reddendis , quum tamen com- l.2. Pol.6.  
pertum fuissest , plures sordidè & ambitiosè Remp. admi- 7. & 8.  
nistrasse , qua res tamen maximas sæpe turbas affert. Re- l.5.P.6.3.  
Etè igitur Genuæ constitutus Syndicatus Quinquevitorum ,*  
*quorum est quæstiones exercere tum adversus Ducem tum ioh. de*  
*etiam adversus Ostoviro exacto magistratu , edicto propa- Lacth. de-  
lam proposito , si quis civium se injuriam ab illis accepisse ser. Reip.  
conqueratur , quod si nemo questus fuerit , tum demum Genuens.  
innocenter acti magistratus decretum datur. Idem mu- l.4.de Rep.  
nus & autoritas ejusdem magistratus apud Venetos obtinet, ven.  
quod testatur Contarenus. In Gallia quoque nostro secu-  
lo inter alias leges , quas proposuit Notabilium conventus  
( Galli vocant l'Assemblée des Notables ) de hac re ita  
fancitum : *Impune peccare plerumque in Provinciis senatores , Gram. l.3.  
eo privilegio quo condemnari nequeant , nisi per convocatas ejus- H.G.  
dem Parlamenti classes , in quo jura ipsi distribuunt. Eo modo*  
*absolvere se unumquemque , dum judicat socios plerumque ejus-  
dem criminis reos. Qua propter è re item fore , si ex-  
traordinario jure lecti judices provincias circumveant , ubi  
Parlamentis est sedes , excipiendis in praesides & Senatores que-  
relis , quas confidenter movebit quilibet è populo , & promen-  
dis in ipsis judiciis , qualia Leges dixerint : Sic nullà gra-  
tia judicandos , sic ponendum potestati modum , que sæpe in**

*Tyrannidem deflectit.* Atque hæc de Magistratum ordina-  
tione in præsens.

§. XXIV. Pergimus ad rerum gestarum gloriam,  
quæ si præcaveri debeat, opponenda sunt impedimenta cursui  
eius, qui ad eam acquirendam gloriose impetu fertur. Hoc  
autem fit 1. Si illum obiicias periculosisimis ac difficillimis  
effectu negotiis. Si enim virtus ejus hominum opinioni

Mach.l.7.  
H.Fl.  
ib.  
Lib. de  
Princ.c.  
Tac.l.1.H.  
6.49. §.6.  
l.2. A. c.5.  
§.1.

non responderit, omnis gloria & expectatio perit, quam  
de illo antea conceperunt. Illud enim exploratum est, &  
plurimis exemplis firmatum, minimè conferre, si ineunte magi-  
stratu aut imperio prater ordinem magnâ de te estimatione  
cumulere. Quod si enim votis satisfacere nequeas, cum ho-  
minum sit majora sperare, quâm ipsi consequi possunt, inde-  
fit, ut temporis successu ea dignitas vilescat, tibiq; infamiae  
parturiat. Exemplo id confirmat Machiavellus Nicolai So-  
derini, signo justitiae, ( quod Ganfalonem Florentini vocant )  
præfecti, qui frustratus expectationem populi, coactus fuit  
Magistratum deponere, quem communibus ante votis sus-  
cepserat. Hinc est, quod idem Machiav. existimat, Rem

Principi optabilem minimè esse, nimiam de se expectatio-  
nem, eam enim, nisi ei responderit, in contemptum &

odium degenerare, quod Galba accidit, qui magis priva-  
to visus dum privatus fuit, & omnium consensu capax impe-  
rij, nisi imperasset. Usus hoc remedio fuit Tiberius in  
minuenda Germanici gloria, quem novis provinciis impo-  
situm, dolo simul & casibus objectabat.

Verum enim vero si  
hoc remedii genus ex sententia non succederit, alia proce-  
dendum est via, & quorum fortuna tibi suspecta est, illi  
l.11. An.c. ab ipso gloriae cursu sunt revocandi, quod fit 1. Per ex-  
19. §.4. & pressa mandata, quemadmodum Corbuloni cum jam castra  
6.20. §.1. hostili solo metiretur, literæ à Nerone reddebantur, quibus vis-  
eius

ejus in Germanias prohibebatur, quibus lectis nihil aliud locu-  
 tus, quam Beatos quondam Duces Romanos! Signum receptui  
 dedit 2. Sub prætextu necessitatis quæ ipsorum operam  
 aliis in locis desideret, Tiberio, inquit Tacitus, Ann. 2. 6.  
 haut ingratum accidit turbari res Orientis, ut ea specie Ger- 43. §. 1.  
 manicum suetis legionibus abstraheret. Prætendebat enim, Non Au. 6. Di-  
 posse motum Orientem nisi Germanici sapientia componi. Eodem scours du 1.  
 inter alia artificio usus fuit Ferdinandus Hispanus, quum livre de la  
 Consalvum Magnum Neapoli revocare staderet. 3. Per du Min-  
 ostenionem honorum, quos præsens debeant suscipere, quo stre. d' E-  
 illorum actiones è propinquo melius adverti possint. Ita stat du Sr.  
 Tiberius Germanico adhuc moras nestanti consulatum ob- de Silhon.  
 tulit, cuius munia præsens obiret. Haut cunctatus ultro Ce. 2. Ann.  
 sar, ( verba sunt Historici ) quanquam fingi ea, seq; per in- 6. 26. §. 8.  
 vidiam parto jam decori abstrahi intelligeret. Verè Garmon- l. 2. H. G.  
 dus: Quorum in manu arces sunt & munita Regni, si pre-  
 sidio militum plus solito firmantur, captantque auram largitio-  
 ne & gloria, statim suspectantur summam rerum habentibus, spe-  
 cieque lucri aut honoris, prout ambitiosi sunt aut avari, vocan-  
 tur in aulam. Prima dies amplexus & blandimenta, prodit  
 altera nullo in contrarium iudicio manus injectionem, vincula, &  
 carcerem. &c. Ita Condæo cessit specie melioris fortuna in au-  
 lam vocato, amplexo ubi venerat, nec multo post in carcerem.  
 conjecto, demum arcibus & munitis spoliato, ut dici posset.  
 extra fidem Regi debitam nihil esse praesidi subdito. Similiter Silb. 1. 6.  
 cessit Ferdinandus Consalvo, qui ostensione magni Magi-  
 sterii S. Jacobia à Ferdinandu Neapoli deductus, in ipsoque  
 itinere innumeris, ne sentiret fraudem, honoribus receptus,  
 tandem cum in Hispaniam venit, vitam privatam ingloria  
 morte finire coactus fuit. Scilicet:  
 —————— Hos gloria reddit honores.

§. XXVII. Sequitur studium & copia Amicorum, qui vel sunt in ipsa Rep. vel extra eam. In ipsa Rep. autem sunt vel primores, vel populus. Primorum amicitia verò maximè acquiritur matrimoniorum, aut aliarum *Polyb. l.1.* necessitatum vinculis; unde Hiero ad stabilendam potentiam matrimonio sibi junxerat Lephti filiam, quod nosset *H.c.g.* clientelis & fide reliquis praestare, cundemque magnam apud vulgus opinionem virtutis habere, constituens secum, domi hunc tanquam in insidiis & sibi succenturiatum relinquere, quoties sibi ad res gerendas cum exercitu foret proficisciendum. Quis sit idem superiori seculo maximum *Etiesque de Rodez.* potentiae incrementum fuit, quum Henricus III. Galliæ dans son *Rex uxorem duceret Ludovicam Lotharingicam ipsorum Histor. de agnatarum.* Hæc igitur omnino sunt præcavenda, quod *Henry, le Grand,* Cosmus Medices, quod apud suos tentatae Tyrannidis suspicionem declinaret, in propriis filiis observavit. Cum enim iis nuptiæ quærendæ essent, eas non ex Principum familiis petuit, sed Johanni Comeliam Alexandrinam, Petro Lucretiam Tamabuoniam junxit, ex Petro neptes Blancam, *Mach. H. F.l.7.* Guilielmo Pazzio, Nanniam verò Bernardo Ruccellago matrimonio locavit.

§. XXVI. Populi autem favori obviamit, si ea prohibeantur, unde quis applausum & admirationem adipiscitur. Talia sunt 1. Statuae & Monumenta in honorem alicuius erecta, quæ reddunt homines alienæ virtutis ad *Boccal. C.* miratores. Unde non immerito Respubl. Veneta Roma-  
1. R.58. na objicit, quod Senatoribus benemeritis tam superba mo-  
*Contard.* menta posuisset, ut illos postea favente per hæc ple-  
B. V.l.1. be cupido invaserit turbanda Reipubl. Apud Venetos enim nulla aut admodum pauca antiquorum monumenta extant, alioquin domi forisque præclarissimorum hominum, & qui de Rep. bene-

benemeriti fuerint. Non sepulchra, non equestres statuae, non rostra navium aut vexilla ab hostibus direpta, ingentibus praelitis superatis. Exemplum id testatur Ducus Andree Contareni, *Ibidem* qui testamento caverat, ne ulla insignia Ducus aut virtutum documenta sepulchro affigerentur, adeò ut modestia viri effectum, ignorari à plerisque eius monumentum. Tantæ modestiæ imitator fuit H. Mommerancius, cui ut privato homini exequiae persolutæ sunt, sepultusque hac inscriptio ne, quam habet pavimento continuus lapis: *HIC JACET HEN- RICUS MOMMERANCIUS GALLIÆ COMESTABILIS.* Ita ille Gram. H.  
supremis tabulis caverat. His similis fuit Germanicus, quem, G. l. i.  
cum post debellatis intra Rhenum Albimq; nationibus mo-  
numentum superbo & honorifico titulo extruxisset, de se  
nihil addidisse scribit Tacitus, *metu invidia, ratus conscienciam facti satis esse.* Imprudenter verò sese gessit Marcellus,  
cuius Statua altius sita quam Cæsarum, referebatur ab Hispanie 2. An. 6.  
inter crimina lèse Majestatis. 2. Immodici honores publicè 22. §. 1.  
collati. Tiberius cum pro se Sacerdotes vota suscipientes.  
Neronem quoque & Drusum iisdem Diis commendarent, in 1. An. 6. 74.  
Senatu oratione monuit, in posterum ne quis mobiles adolescentium 4. An. 6. 17.  
animos prematuris honoribus ad superbiam extolleret. Vera §. 3.  
autem causa erat, quod instaret Sejanus, incusaretque diductam  
civitatem ut civili bello; *Esse qui se partium Agrippina vocent, ac  
ni resistatur, fore pluris.* 3. Ludi privato sumptu concessi.  
Tribuni plebis, inquit Tacitus, *inter hac petivere, ut proprio* 1. An. 6. 15.  
*sumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti fastis additi Au-*  
*gustales vocarentur, sed decreta pecunia ex erario.* 4. Con-  
vivia publica propria pecunia celebrata. Hæc enim redditum  
Plebecm benevolam danti, præsertim si sit in Magistratu po-  
situs. Hæc ergò non sunt permittenda, nisi publico Reip. Arift. 2. P.  
sumptu, qualia apud Cretenses erant Andria, apud Lacedæ- 6. 7.  
menios.

monios Phitia quorum illud à frugalitate hoc à virtute erat desumptum. Cretæ, inquit Aristoteles, publica convivia non opibus aut liberalitate aut collato ab universis symbolo celebrabantur, sed publico Reip. sumptu, quippe quod delinienda plebi erat aptum. 5. Largitiones. His enim corrumpuntur animi & cuivis servitio prompti efficiuntur. Illis apud Aeduos multum autoritatis sibi acquisiverat Dumnotix, quod Liscus in Oratione ad Cæfarem acriter conquerebatur. Grachus & Spurius Melius plebem sibi devinxerant per largitiones frumentarias. His mediis favore militum & per hunc imperio potitus est.

Cesar d.  
B.G.l.1.

Tat. l. 1. to. Juvabat enim eos aut pecunia aut gratia eo paulatim progressus, ut per speciem convivij, quotiens Galba apud eum epularetur, cohorti excubias agenti virilim centenos nummos divideret, quam velut publicam largitionem Otto secretioribus apud singulos premiis intendebat, adeo animosus corruptor, ut Coccejo Proculo speculatori de parte finium cum votino ambigenti universum vicini agrum suā pecuniā emptum dono dederit. Quæ cum ita sint, non in exiguum corrupti exercitus suspicionem incurre potuit Germanicus, quod, cum post pugnam cum Arminio Gallia, Hispania, Italia certatim ad supplenda exercitus damna offerrent arma, equos aurum, armis modo & equis ad bellum sumptis propriā pecuniā militem juvaret. 6. Maximum delinienda plebis instrumentum est Eloquentia. Est autem eloquentia duplex:

Hobb. de  
Civ. 6.12. simplex alia & nuda, quæ semper cum sapientia est conjuncta, alia affectuum commotrix quæ ex stultis in fanos reddit, ut loquitur Comicus. Hac utuntur illi qui plebem sibi ad quævis servitia obstringere nituntur. Talis fuit in Catilina homine, si quis unquam fuit, sed itiosissimo, cuius jus character est apud Sallustium, quod habuerit eloquentie satis

*satis, sapientia parum.* Ejusmodi eloquentia usi fuere Dæ-  
Bell. Cæ-  
magogi , qui populum ut lupum auribus tenebant , im-  
til. usq.  
pellebantque quocunque vellent. Sunt denique 7. for-  
dida quædam demerenda popularis auræ media , quibus  
Otto insistebat , quem *protervis manibus adorasse vulgus*, je-  
cisse oscula , & omnia serviliter pro dominatione fecisse , te-  
Tac. I. H. 636. §. 4.  
statur Historicus : à quibus blandimentis Respabl. omnino  
sibi caveat.

§. XXVII. Ad impediendam autem cum potentibus  
exteris amicitiam , impedienda sunt iterum matrimonia , aut  
quævis affinitates. Ludovicus Sforza , cùm jam suppres-  
fo Johanne Galeacio res suas majoribus firmamentis in om-  
nes eventus stabilire cogitaret , Blancam Mariam neptem  
suam , & Johannis sororem , Maximiliano , qui mortuo  
nuper patre suo Friderico Romanorum Imperator erat re-  
nunciatus , in matrimonium collocavit , ( indignantibus ,  
quod notat Cominæs , Germaniæ Principibus , propter  
obscuritatem generis , ) ea conditione , ut Maximilianus  
Ludovico , Johanne Galeacio novo affine jure suo fraudato ,  
Mediolanense imperium , ejusque filiis & reliqua stirpi ,  
( quasi à Philippi Mariae obitu Principatus ille legitimo Du-  
ce caruisset ) autoritate Imperioriâ concederet. Huic  
ergo affinitas ad obtinendum juris specie Principatum pro-  
fuit. Et propterea in Rebusp. bene constitutis illa matrimo-  
niorum vincula , cum potentibus exteris , non solum non  
permittuntur , sed & quævis commercia , nisi quæ permis-  
su Reip. fiunt , interdicuntur. Hoc consilio prohibuit  
Augustus , ne quis Senatorum extra Italianam abiret. In Zar. Za.  
Gallia Parliamentum Lutetianum de Anno 1616. inter moſ. l. r.  
alia quæ supplicibus ( quas vocant ) monitionibus ad Lu- de S. R.  
dovicum XIII. continebantur , flagitabat , Prohibenda  
nobilibus Gram. l. I.  
D H. G.

*nobilibus Gallis cum Principibus externis commercia , imò & cum eorum legatis. Ita enim in Comitiis Notabilium à Rege exeunte Anno 1617. indictis repetitum : Qualia cun-  
id. 1.3. que commercia esse prohibenda Nobilibus Gallis cum legatis Prin-  
cipum extenorū , neque invisendos ab ijs viros alienigenas ,  
nisi post veniam à Rege imperatrum.*

§. XXVIII. Reliquum nunc est , ut dedivi-  
tiis sermonem instituamus , quæ quidem parantur vel pro-  
pria industria , vel alienā. Ac propria quidem industria opes  
duplici modo parantur. Uno qui est Naturalis , occupa-  
turque in ejusmodi rei familiaris copia , quam ipsa natura  
subministrat. Altero qui est Artificialis , qui item non  
Ari. l.1. unā fit ratione. Quidam enim est secundūm naturam , est-  
Pol. 6.5. & que Permutatio rerum ad vitam beatam necessariarum , quā  
6. indigentiae civili subvenitur. Alter contra naturam , quam  
Cauponariam , alii Mercaturam vocant , Aristoteles *natura*  
*καπνού* appellat. Atque hæc est potissimum Nummi causa ,  
earumque opum que inter dominationis , & potentiae po-  
nuntur Instrumenta. Alienā industriā partæ opes acqui-  
runtur vel Donatione , vel Hæreditate , vel aliis mediis.  
Ut autem aliquo modo impediatur ; quominus quis ad nimias  
& suspectas divitias perveniat , prohibenda sunt 1. Mono-  
polia , quibus nihil ad colligendam auri copiam est accom-  
modatius. Tali invento Thales Milesius ingentem pecu-  
niæ summam coegit , ostendens : *Facile esse Philosophis di-  
tessere.* Eadem via in Siciliâ quidam emptum omne ex ferrariis  
ferrum solus postea vendens , quinquaginta talentis , quæ  
impenderat , centum adjecit. Hæc ergo nemini priva-  
torum concedenda , sed ipsi civitati reservanda , si forte  
urgente necessitate pecunia indigeat. 2. Imponantur tri-  
buta majora & vestigalia ditibus , iisque rebus , quibus illi  
utuntur.

uruntur. Justum enim est plebem & pauperes à talibus esse immuniores, quò miserissimus eorum status aliquantum sustentetur. Neque tamen ejusmodi exactiones hic intelligenti velim, qualibus Tyranni subditos suos onerant, ut vitam sapius morte graviorem ducant, qualesque Dionysius *L. 5. P. 11.* Syracusanis imponebat, qui ipsi omne patrimonium contribuere cogeabantur. Caligula & *Matrimonia vestigali ob-* *Sueton. in* noxia esse decrevit. Crudelissima fuit Pescennii Nigri vox ad *Calig. c.* Palæstinos: *Vos terras vestras levari censione vultis, ego* <sup>40.</sup> *verò etiam aerem vestrum censere vellem.* Præterquam enim *Æl. Spar-* quod Deum gravissimis ipsis tributis offendit certum sit, ac- *tian. in* cedit illud insuper, quod nulla res reperiatur, quæ hominum animos magis ad turbas & seditiones disponat, quod in Regno Neapolitano non semel constat accidisse: sed ta- *Iohan. de* les licitæ sunt Exactiones, quæ & sumptibus Reip. necesse *Laeth. de-* sarii, & reprimendis civium perniciosis ausibus sufficient *scr. Regn.* ubi tamen observari potest, ut si quædam fortè præter con- *Neap.* suetudinem exigere, ac in consuetudinem deducere velis, ea specie necessitatis, aut imminentis periculi indicas.

*Quæ enim gravia & intolerabilia, sed necessitate armorum* *Tacit. 2.* *excusata, in pace manent plerumque.* 3. *Princeps aut Resp.* *Hist. 84.* *primores aut cives suos nimiis largitionibus non extollant.* §. 3. Hæc profusio in aulicos suos, quibus favebat, Henrico III. Gallia Regi innumeræ caufata est turbas, quod ipsi modestè obiicit sub persona Cleobuli Villa Regius: *Lenitate* tua, inquit ad Meleandrum, *malignitas fatorum in tuas* *Barcl. 3.* *& patriæ clades abusa est.* Illa facilitas, illa indulgentia in Argen. 6. magnates, illa tua tuorumque majorum inculta in eos profusio, 4. prodidit precipuas imperij vires, aperuitque injuriis despetam dignitatem. 4. Tollatur jus primogeniturae. Accidet enim hic quod in fluvio, qui quum antea pontem vix tulerit

*Forst. ad l. 4. An-*  
*nal Tac.c. 4. S. 4.*

tulerit , in partes divisus vado transiri potest. Opes enim inter plures liberos dispartitæ vires amittunt. Turca certè hac ratione impulsus plures uxores subditis suis permittit , liberosque tam naturales , quām ex legitimo matrimonio ortos , in bona parentum succedere jubet. 5. Ad opes æquandas conducere existimavit Phaleas Chalcedonensis , si dites divites dent , non verò accipiant. Pauperes autem accipiant , non verò dent. 6. Minuendarum divitiarum remedium est , si dites reddantur luxui dediti : *Opulentiores sunt non illi modo* , inquit Aristoteles , *qui ad opes aliquid addunt , sed y quoque qui de sumptibus detrahunt* , quod contra etiam fieri existimo , modò caveatur , ne tota civitas inficiatur luxu.

*l. 1. Rhet. 6. 4.*

*§. Pol. ii.*

§. XXIX. Atque hæc quidem sunt maximam partem illa remedia , quæ adversus Excellentiam præcavendam ut plurimū adhiberi solent , quæ quanquam , si in tempore applicentur , non infructuosa sint futura , accidit tamen interdum illis locum non esse , ratioque Reip. aut necessitas temporis sepe non permittit impedire , quomodo cīvium aliquis præ reliquis potentiā emineat. Quod ne Reip. exitio vertat , attendendum est 1. Ne sit in genio audaci. Nam tale , inquit Aristoteles , *omnibus in rebus est turbulentissimum*. 2. Ne studio rerum novandarum , sed quietis amore teneatur. Hi enim , ut diximus , non nocent , quamvis reliquis cīvibus prævaleant. Quām maximè hoc in Magistratibus , præfertim majoris momenti , observari debet , qui tutius mandantur hominibus sedati spiritus , nec tamen negotiis suis inferioribus , quām illis , qui quanquam plus sapient , novitatis studio sunt accessi. Eiusmodi erat Mæcenas , summo apud Augustum in fastigio positus , cuius character est , quod fuerit *vir ubi*

ubi res vigiliam exigeret , planè ex somnis , providens atque <sup>Vell. P. 2.</sup>  
 agendi sciens ; simul verò ac quid ex negotio remitti posset , <sup>terc. l. 2. c.</sup>  
<sup>88. §. 2.</sup>  
 otio & mollitiis penè ultra faminam fluens . Mæcenati simili-  
 lis fuit Crispus , summo à Tiberio in honore habitus , qui  
 nihil præ se ferebat magnum , sed potius luxui atque inertiae <sup>Tac. l. 3. A.</sup>  
 proprietor videbatur . Suberat tamen vigor animo ingentibus <sup>l. 30. §. 5.</sup>  
 negotiis par , eò acrior quò magis inertiam ostentabat . & Pop- <sup>Tacit. An.</sup>  
 paus Sabinus , qui modicus originis , Principum amicitia con- <sup>l. 6. c. 39.</sup>  
 fulatum ac triumphale decus adeptus , maximisque provinciis <sup>§. 3.</sup>  
 impositus fuit , nullam ob eximiam artem , sed quod par negotiis  
 neque supra erat . 3. Ne ob claritudinem generis sunt  
 inflati . Hi enim facile ad turbandas & novandas res pro-  
 labuntur , unde Mœcenas suaserat Augusto , ut Præfectum  
 prætorio legeret , non ex senatorio sed equestri ordine ,  
 quod à Venetis quoque obnoxè prospicitur , qui supre-  
 mam terrestris militiae præfecturam non ulli Patriciorum , sed  
 externo tribuunt , quod casu , pòst consilio receptum exi-  
 stimat Forstnerus : imò qui legibus cautum habent , ne <sup>Ad l. 4. A.</sup>  
 quis Patriciorum pluribus , quam viginti quinque militibus <sup>Tac. c. 4.</sup>  
 præfesse possit . Observatum idem fuit ab Augusto , in <sup>Contar. l.</sup>  
 conferendis præfecturis illatum provinciarum , quarum re- <sup>5. de R. V.</sup>  
 bellio perniciem Reip. secum trahere videbatur . Ille <sup>Tac. l. 2.</sup>  
 enim inter alia dominationis arcana , vetitis nisi permisso in- <sup>Annal. c.</sup>  
 gredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illustribus , ( per E- <sup>59. §. 4.</sup>  
 quites autem Romanos illustres Tacitus intelligit Equites di-  
 gnitate senatoriâ : Nam Equites Ægyptum obtinuisse lo- <sup>Annal. l.</sup>  
 co Regum idem auctor est , ) seposuit Ægyptum , ne fa- <sup>12. c. 60.</sup>  
 me urgeret Italianam , quisquis eam provinciam claustraque ter- <sup>§. 2. &</sup>  
 re ac maris quamvis levi præsidio adversus ingentes exerci- <sup>l. 1. Hist. c.</sup>  
 tus insedisset . Ne autem ejusmodi homines , ob denegatos <sup>11. §. 1.</sup>  
 honores , causam habeant tumultuandi , concedi ipsis pos-  
 sunt

sunt Curationes, Legationes, aliisque honorum tituli & fa-  
perba nomina, quo his simulacris contenti, ab ipsis po-

*i. An. c. 3.* testatibus abstineant. Optime has artes noverat Augustus,

*§. 9.* qui magistratum vocabula largiebatur, vim ipse retinebat,

& successor ejus Tiberius, qui vim Principatus sibi firmans,

*3. An. c. 6.* imaginem antiquitatis senatus præhebat, postulata provinciarum

*60. §. 1.* ad patres mittendo. 4. Ne unus folus extollatur, sed plu-

*4. An. c. 4.* res simul. Ita enim se se invicem observabunt, ac mutua

*§. 2.* æmulatione destruunt. *Arduum enim est eodem loco poten-*

*2. Pol. 7.* *tiam & concordiam esse.* Hinc quam maximè utile est illis,  
qui in magnâ potestate sunt, adjungi collegam, qui spes  
ejus coërceat, quod à Spartanis, notante Aristotele, ob-  
servatum fuit, qui duos sibi Reges creabant eo fine, quo  
exortâ inter illos, quod fieri solet, æmulatione, neuter  
alterum res novas moliri pateretur. Hoc consilio Cato dis-  
suadebat, in Pompeo uno omnia esse reponenda, quan-  
quam omnibus, quæ Imperatorem decent, virtutibus  
mirificè effet ornatus. Ita apud Venetos quoque, orto

*Contar. l.* bello, Duci externo adjungitur Legatus Patricius Vene-  
*5. de R. V.* tus, absque cuius autoritate Duci nihil integrum est tenta-  
re. Hoc in primis Principes attendant, ne scil. unius cu-  
jusdam ministri fidei universam committant administratio-  
nem rerum. Id de Henrico Magno Galliæ Rego testatur

*l. i. H. G.* Gramondus, quanquam non omnino probet. *Plurium*  
*consilio & autoritati*, inquit, *res publicas concedens*, *nun-*  
*quam in unum contulit imperij molem*, *qui non ubique potior*  
*regnandi modus*. *Quandoque è re Regni est, in conscienc-*  
*iam rerum acciri è pluribus unum*, *nempe si fide prævalet*  
*& sapientia: vulgandis altoquin regni arcanis*, *quo saepe in*  
*ruinam dantur consilia uno fulta secreto*. *Judice ab uno faci-*  
*lius discernitur veritas à calunnia: odium & invidia apud*  
*mul-*

multos valent. Verum cum non omni ævo nascatur Phænix, & rara felicitate Principibus contingat tantæ fidei & sapientiae minister, periculo hæc res non vacat, cuius documentum præbet ipse Tiberius, qui omnem autoritatem & imperii curam committens Sejano, parum ab imperii & vita aberat dispendio. Idem hoc remedium locum habet in præfectura urbis in qua arx sita est, cuius cura diversis hominibus demandetur. *Lectora*, inquit Gramondus, *urbs Auxitanos inter & Armeniacos, præcipuum per ea tem- l.2 H.G.*  
*pora sectariis ad Aquitanos præsidium erat. Urbi imminet*  
*arx loco circùm aspero & abrupto. Fontalarinus avitâ successio-*  
*ne urbem, arcem regebat Engalinus, rara inter utrumque*  
*concordia. Prudens Regi consilium, quo se invicem emulatio-*  
*ne destruerent. Arcanum imperij est, dissensione eorum, qui*  
*provincias administrant, valere autoritatem Régum.*

§. XXX. Hac de causa permultis consultum videtur, discordias & semina dissidiorum inter tales ambitionis æmulos spargi. Ita dilabi per dissensionem quodcumque id. l. 6. H. magnum est: Contra concordiam ejusmodi hominum Reip. G. pergravem esse. Apparuit id in Republ. Florentina, in qua duo cives conspicui erant potentia, Cosmus Medicæus & Mach. t. Nerius Capponius, quorum hic potentiam suam publicâ, 7. H. Flor. ille tam publica quam privata via adeptus erat. Hi duo, postquam, quoad superstites ambo essent, semper concordia studiissent, factum est ea ratione, ut, quicquid ipsis libitum esset, id citra difficultatem à populo obtinerent, quod certè discordes neuter horum potuisset solvobtinere. Non igitur præter rem fore existimo, si discordiae inter tales alantur, modò obnoxie opera detur, ne reliqui cives se earum faciant participes, neve istæ potentum dissensiones in factiones erumpant. Tum enim fa-  
cile:

ibidem cile commutari & everti Resp. potest. Verum est, inquit Machiavellus, alias divisiones prodeſſe, alias obefſe: Noſent illa qua partium ſtudiis feceſſionibusque nituntur: Proſunt qua citra partium ſtudia aluntur. Expera hoc ſepiuſ est Resp. Florentina, ejusque civibus, orta inter populum & nobiles ſeditione, exprobavit Luđovicus Guicciardi-nus. Verba ejus inter alia haec ſunt: Quonam tandem hanc ciuitatem discordia veſtra precipitem agent? An non queſo vobis in mentem venit, eam inſe diuiſam à Caſtrucio viſi Lucenſium ciue pefſundatam? poſtmodum à Duſe Atheneñi ſtipendiario veſtro ſubjugatam fuiffe? Unitam veſto atque ſe-cum convenientem, neque ab Archi-Epiſcopo Mediolanenſi, ne-gue à Pontiſce quidem ipſo ſuperari potuſſe, ſed utroque poſt diuturnum bellum nihil praeter ignominiam inde reuoluſſe? Sufficiet propterea forſitan, ſi clandestina & perpetuae ſuſpi-ones inter illos foveantur, caveaturque omnino, ne af-finitate aut quovis alio neceſſitudinis vinculo conjuγan-tur. In magiſtratibus certè & procuraſionibus non eſt permittendum, eas eſſe in manu plurium ſanguine jun-ditorum. Alias enim remedium illud de addendo Collega planè inane futurum eſſet. Quia de cauſa Tiberius, quum Germanicum praeficeret provinçiis Orientis, Sylanum, qui Syria praeerat, imperio demorit per affinitatem conne Xuum Ger-manico, ſubſtituitque Pisonem illi infenſum. In Gallia de Parlamentiſ ſancitum in hunc modum ſub finem anni 1617. Quia iuri distributioni non parum obefſt gratia, quam conciliat proximā cogitatione ſanguis, dum gratis peccant. & ſape graviter, qui cum parentibus, cum avunculis aut fra-tribus in eodem Parlamento habentur, quo iura infringi ſelent, in unam familiam ſape translata potestate omni; videtur ē re fore, ſi renovatis conſtitutionibus Regis, qua in id ſepiuſ late-inhi-

Tat. 2.

An. c. 43.

§. 3.

Gramond

l.3.H.G.

inhibeantur patres , filii , fratres , nepotes ex fratre & sorore .  
 eodem in Parlamento una esse . Eadem consuetudo quoque Contar . l .  
 apud Venetos obtinet , apud quos non est permisum plu . 2 . de R . U .  
 ribus , quam tribus , gentilibus in numero legitimorum  
 senatorum , nec in aliis magistratibus pluribus quam duo id . 1 . & e .  
 bus esse , quemadmodum neque iisdem Comitiis duo gen-  
 tiles , aut agnati maximè necessarii , sortis beneficio Electo-  
 res esse queunt . Ut scilicet munus hoc publicum non in  
 unius sit potestate , sed latius pateat , quam certè ratio non  
 potest non maximam mereri laudem . Atque nunc qui-  
 dem de his satis .

§ . XXXI . Progredior ad alterum genus reme-  
 diorum , quæ conducunt adversus Excellentiam jam exi-  
 stentem , cuius quidem deprimentæ non una est ratio .  
 Sunt enim quibus violenta statim remedia afferri placet ,  
 sunt qui sensim & eo modo potentiam istam aggrediuntur ,  
 quo illa cœpit . Ac priorum quidem hominum potissi-  
 mum est remedium , Mors virotum Excellentium , quod  
 consilium , à Periandro aut Tarquinio olim datum , fre- Flor . R . R .  
 quentissimè usurpatum fuit . Innuebant enim præcipuos 1 . 77 .  
 viros morti esse dandos , dum ostendebant summa papave-  
 rum capita esse defecanda , quam veterem sententiam no-  
 vo more exprimens Dux Albanus , dicere solebat , voce  
 aspera suique ingenii : *Pauca Salmonum pisciam capita mul-* Hug .  
*tis ranuncularum millibus prestare .* Præcipue autem hoc Grot . l . 2 .  
 remedii genere utuntur Tyranni , qui *imperium flagitiis qua-*  
*sum bonis artibus exercere non possunt* , sœvintque præcæ Tac . l . 2 . H .  
 teris in illos , qui in occupato imperio jus habent . Re- C . 30 . § . 3 .  
 gulam enim status esse existimant , tamdiu Principes in Mach . c . 3 .  
 noviter paro imperio non esse tutos , quandiu aliquis ex de Prince .  
 veteri familia superstes fuerit . Hinc illa apud Tacitum sæ- Boccal .  
 pius Gent . 2 . Rel . 56 .

1. An. c. 6. pius lecta vox : Primum novi Principatus scelus , Posthumus  
 §. 1. Agrippa cades . Prima novi Principatus mors Junii Silani .  
 13. An. c. 1. Primum novi Principatus cades Dolabella , prorsus quemad-  
 §. 1. modum Principatum sine cæde & scelere adire scelus fuisset .  
 L. 2. Hist. c. Hac Ratione status ( ut vocant ) Tiberius Agrippam Ger-  
 63. §. 1. manicum , cæterosque Augusti hæredes , coactus fuit è  
 medio tollere , ut quoctunque modo ausibus suis restituros .  
 Eadem motus Nero interfici curavit Britannicum , quò  
 13. An. c. 17 ipse magis fervendus esset patribus plebique , Princeps qui unus  
 §. 3. superesset è familia summum ad fastigium genita . Similem  
 25. An. c. ad mortem adactus fuit Torquatus Silanus , quòd super Ju-  
 35. §. 1. nia familia claritudinem Divum Augustum atavum ferebat .  
 Boccal. Eodem remedio usus fuit Consalus Magnus , in firmando  
 e. Regi suo Regno Neapolitano . Et certè non defunt , qui  
 bus hoc genus remedii ita placet , ut id consilium de extir-  
 panda veteri familia , in noviter acquisito Principatu , pro-  
 miscuè omni Princi dent , quod quamvis in eo , qui per  
 vim acquisitus est , tutissimum forte foret , quòd subditi  
 non possint ad certum caput respicere juris praetextu , id  
 ipsum tamen non semper opus esse , si scil . plenis armis si-  
 bi quis populum subjecerit , aut si non adeò sit ferox , aut  
 non magno in veterem familiam amore feratur . probat  
 Animadv. Celeberrimus Conringius exemplo Cyri Persæ , qui Crax-  
 in cit. o. si Regis Lydorum , & ultimi Regis Babyloniarum , omni di-  
 Machiav. tione exutorum , vitæ non modò pepercit , sed & insuper  
 illos in honore habuit , Lydia & Babyloniam in novo prin-  
 cipatu acquiescente . Sed nec solum in veterem familiam  
 exerceci solet saevitia ; quin imò in proprium sapientius  
 commititur sanguinem . Orodes quum ex numero trigin-  
 iuslin. in ta filiorum elegisset Phraatem , qui ipsi succederet , ab eo  
 l. 42. c. 5. §. ipso , imperium capere quam expectare malente , inter-  
 lectus

fectus est , fratres quoque omnes trucidati : Quin nec à  
 filii manus abstinuere. Nam cùm infestos sibi optimates  
 propter assidua scelera videret , ne esset , qui nominari  
 Rex posset , adultum filium interfici jussit. De Abime-  
 lecho ex Historia Sacra notum est , quòd septuaginta fra- *Iudic. 9.*  
 tres mori adegerit , quòd solus rerum potitetur. Sic *fra. v. 5.*  
 trum quoque gratia rara est. Perspiciebat hæc Otto , semper *Tac. I. 1. H.*  
 suspectum dicens in visumque dominantibus , qui proximus de- *6. 21. §. 2.*  
 stinaretur : Nocuisse id sibi apud senem Principem , magis no. 3.  
 citurum apud juvenem trucem , & longo exilio efferatum : Ot-  
 tonem occidi posse : & Tiberius omnium fraudum artifex ,  
 qui iam morti propinquus , crebris cum lacrimis minorem ex  
 nepotibus amplexus , truci alterius vultu : Occides tu hunc , *6. An. 6.*  
 inquit , & te aliis. Sed hoc remedii genus non sòlis *46. §. 5.*  
 Tyrannis est proprium , sed & aliis Rerump. formis com-  
 mutè. Sic Florentiæ Baldaccius Anghiarius ob nimiam *Mach. I. 4.*  
 potentiam à Bartholomæo Ganfolonero neci datus *Hist. Flor.*  
 est , nec desuere temporibus Cosimi Medicai severa inge-  
 nia , qui ejus mortem flagitarent. Nec sòlum Tyranni  
 illo utuntur , ad coërcendas spes pravas propinquorum aut  
 successorum , sed etiam ad illos tollendos , quorum po-  
 tentia & claritudo ipsis suspicionem injecit. Ita Nero  
 Corbulonem interfecit : *Formidolosum pace virum insi. Tac. I. 11.*  
*gnem , & Principi ignavo præprimis prægravem.* Et Romæ *4. c. 19. §. 3.*  
 quidem iis temporibus id remedium in frequenti usu fuis-  
 se Tacitus testatur : *Dites olim familie , inquit , studio I. 3. An. 6.*  
*magnificentie prolabantur. Nam etiam tum plebem , so. 55. §. 2. 3.*  
*cios . Regna colere & coli licitum , ut quisque opibus domi-*  
*paratu speciosus per nomen & clientelas illustrior habeatur.*  
*Postquam cedibus savitum , & magnitudo fame exitio erat ,*  
*ceteri ad sapientiora converteret.*

§. XXXII. Verum enim verò, quemadmodum  
hoc violentum remedium non semper necessarium esse di-  
ximus, ita etiam id ipsum intutum sèpenumero existit:

*r.H.c.6. §. 3.* maximè in Principatibus novis, nisi te in illis ita confirma-  
veris, ut repentinis motibus facile queas resistere. Norat

*h.C.6. §. 3.* hoc Cæsar, ideoque pluribus, qui contra eum à parti-

*Boccal. C. 2. R. 51.* bus Pompei steterant, pepercit ignovitque, Contrà Galba

*Tac. 1.H. 8.9. §. 1.* in urbem feralis ingressus, trucidatis in oculis civium tot mil-

*2.H.c.29. §. 3.* libus, studia omnia in Ottonem aut sè verit. Augusto autem

illa sævissimæ proscriptionis ratio haut nocere potuit, quip-

*2.H.c.29. §. 3.* pe in cuius manu victor exercitus, & ad quovis tumultus compescendos idoneus. Deinde illud quoque pericu-

*2.H.c.29. §. 3.* losum est, in populis libertati assuetis, qui nondum to-

*2.H.c.29. §. 3.* tam servitutem, nec totam libertatem ferre possunt. Quapropter

*2.H.c.29. §. 3.* Julius Civilis periculo exemptus fuit, præpotens inter

*2.H.c.29. §. 3.* Batavos, ne suppicio ejus ferox gens alienaretur. cuius fero-

*2.H.c.29. §. 3.* ciæ oblitus Dux Albanus, haut parum Hispanicæ potentiaæ

*2.H.c.29. §. 3.* detrxxit. Tertio res maximi discriminis est, velle totius

*2.H.c.29. §. 3.* provinciæ vel exercitus rebellioni mederi, morte unius vel

*2.H.c.29. §. 3.* quorundam ex principibus, præsertim si in magno populi

*2.H.c.29. §. 3.* aut militum sint amore. Tum enim magis exasperatur

*2.H.c.29. §. 3.* quam sedatur seditio. Cede Gannasci, inquit Tacitus,

*2.H.c.29. §. 3.* Chaucorum mèntes motæ, & Corbulo semina rebellionis pre-

*2.H.c.29. §. 3.* bebat; Prudenter id observavit Valens, ortâ in exercitu

*2.H.c.29. §. 3.* Vitelli gravi seditione, eaque ab Alpheno Varo castro-

*2.H.c.29. §. 3.* rum præfecto nova quadam ratione compositâ.

§. XXXIII. Apparet ex his non semper hoc re-

*2.H.c.29. §. 3.* medio rebus dominantium consuli, sèpe periculum inde-

*2.H.c.29. §. 3.* nasci, & propterea magna cautione eo utendum esse.

Nec tamen idcirco semper id reiciendum autumo, præ-

*2.H.c.29. §. 3.* certim si in aperto sit, ejusmodi homines potentes pravis

in Statum consiliis agi , aut si saluti publicæ aliter nequeat consuli . Tum enim servendum in paucos , ut ceteris sit quies , quemadmodum id in opprimendo Catilina per quam fuit necessarium , qui incendium suum non aquâ , sed Sall. Bell. ruinâ publicâ restinctum minitabatur . Eadem necessitas Catil. c. interimendi Sejani & Mareschalli Anctai Tiberio & Lu. 31. f. dovico XIII. fuit imposita , ni statum & fortunas suas in præsentissimum periculum adducere voluissent . In ejusmodi enim hominibus consilium illud Cæsaris de placidanda voluntate non procedit , quod & ipsi Cæsari perniciem attulit , Brutum primarium è suis percussoribus hæredem instituendo . Augusti quoque exemplum , qui tertio gradu primores civitatis scriperat , plerosque invisos sibi ( quod Tacitus factum existimat , gloriâ jactantiaque ad po. l. 1. An. c. steros ) magis periculosum est , quâm ut imitatione effini- 8. §. 2.

*Forstn. ab  
cit. Tac.*

§. XXXIV. Interim tamen magna , ut diximus , hic est adhibenda cautio , maximèque in iis quæ modum procedendi concernunt . Ubiunque enim fieri poterit , usitato processu observatoque justitiæ ordine est agendum , ne scil. injustitiæ opinione Rerump. Rectores civium animos à se divertant . Ceteris enim mortali bus Tac. 1. 4. in eo stare consilia , quod sibi conducere putant . Principum An. c. 40. autem diversam esse sortem , quibus præcipua rerum ad famam dirigenda sunt , inquit Tiberius . Idem recte , quanquam 3. An. c. præter animi forte sententiam : Minni jura , quorum gl. 69. §. 3. 15. scat potestas , nec utendum imperio , ubi legibus agi possit . Hinc An. c. 69. §. 1. inter ipsius artes non exigua est , quod si quos suspectos aut sibi adversos haberet , semper accusatores subornaverit , qui illos aut criminis lese Majestatis , homicidii , beneficij , aut similis flagiti postularent , quò ipsi juris

Tac. 14. A. prætextu in illorum capita liceret lœvire. Nero quò invi-  
c. 62. § 2. sam uxorem thoro depelleret, Anicetum submittebat ne-  
cis maternæ patratorem, qui adulterium Octaviæ fatere-  
tur. Noverat hæc arcana dominationis Princeps Condæus,  
& propterea jussu Regis custodiæ datus malè sibi metuerat.

Gram. l. En preda sum, inquietabat, inimicis, ausuris omne nefas  
2. H. G. Principi necando, cuius precipua fuere studia opprimendis  
inimicis, audacia & vires plus aequo, quid ultra opus è non  
deerrit in ultionem protectus. Gallia, sex jam sunt anni, bel-  
lo civili dejoluta: Sectarii in seditionem commoti, temerata  
autoritas Regis: Hec illi: quid ego contra, &c. Hac ra-  
tione progredi tutissimum est, nisi i. periculum adeo  
sit præsens, ut res cunctationem non patiatur. Tum  
enim neglecto processu ordinario, ex se, quid facto o-

Tat. 1. H. pus est, peragendum. Nullus enim cunctationi locus est in  
c. 38. § 4. eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum, quod in  
Gram. lib. Ancräi nece obseruavit Rex Galliæ, quanquam probatâ  
6. omnibus ultione plerisque displicerit modus, qui tamen  
necessitate & discrimine, in quo Regnum videbatur ad-  
ductum, excusari potest. 2. Nisi is, quem morte  
damnare cupis, copia clientum valeat, aut in tanto  
populi amore habeatur, ut publico illum suppicio affli-  
gere non sit consultum. Unde meritò notatur error Alba-

An. Belg. ni, quod Egemontanum atque Hornanum, medio in foro  
Strad. l. 6. & conspectu populi, ipsis mirum in modum faventis, capi-  
Grot. l. 2. te plesti mandaverit. Alia via insistebat Tiberius, qui  
An. Belg. Clementem, qui se Agrippam ferebat, cum penam ejus  
2. An. c. palam non auderet, in secreta Palatii parte interfici jussit,  
40. §. 6. corpusque clam auferri. Ita Piso, cuius nomen insigne & deco-

4. Hist. c. ra juventa rumore vulgi celebrabantur, ne in ipsa urbe con-  
11. §. 5. spectior mors foret, ad quadragesimum ab urbe lapidem, via  
oppia

Appia, falso per venas sanguine extictus est. Vibulenus & i. in c. 29  
 Percennius seditionis Duces occisi, intra tabernaculum Du. §. 6.  
 eis obruti sunt. Nonnulli, quos publicè trucidare non  
 audent, immissis percussoribus aut veneficis è medio 12. An. 6.  
 tollunt. Unde Tacitus Locustam, qua veneficit erat damna 66. §. 3.  
 ta, inter instrumenta Regnt habitam scribit. Ita Vitellio,  
 ne dilata Blasi mors maturam perniciem, palam jussa atrocem- 3. Hist. 39.  
 invidiam ferret; placuit veneno graffari. Huc facit quod §. 11.  
 Condæus in carcere tacitâ cogitatione secum volvebat: Si  
 lege prohibitum est, effundi sanguinem qui regius est, molle Gram. lib.  
 tur invidia, illudeturque malignâ poione legi, quâ Princi-  
 pes Regii sanguinis eximuntur ferro, quod fieri amat in pari  
 causa; vulgandum dein Principis exitum fortuita febre, aus  
 alias fato suo. Verùm quemadmodum malorum facinorum Tactit. 14.  
 ministri semper aspiciuntur quasi exprobrantes, ita in hos ut An. c. 62.  
 plurimum culpa & invidia facti reiicitur. Centurio post. §. 2.  
 quam ad Tiberium retulisset, factum quod imperasset, ( in-  
 terficio scilicet jussu eius Agrippâ ) responsum tulit. Neg. 1. An. 6. §.  
 imperasse se, & rationem facti reddendam apud Senatum. At-  
 que hæc superflue sufficere existimo, de Primo hoc reme-  
 dii genere.

§. XXXV. Proximum illi est Exilium, quum  
 viri ob potentiam suspecti extra Rempubl. ablegantur, in per-  
 petuum vel certum tempus, & interdum etiam certum locum,  
 quod apud Athenienses Ostracissimi, apud Ephesios Petalis-  
 mi nomen sustinebat. Lex autem, quâ hæc exiliū ratio ful-  
 ciebatur, ita sece habebat: Nemo de nobis unus excellat,  
 sed, si quis exstiterit, alio loco, & apud alios sit. Hujus  
 legis severitatem apud Athenienses experti sunt Themistocles, Corn. Nep.  
 Cimon, Thucidides, Alcibiades & Aristides, apud Roma- in Vit. il-  
 nos Scipio, aliquique complures, apud Florentinos Benedi- tor.  
 stus Liv. l. 38. c. 52.

Math 1.3. Etus Albertus, Donatus Acciajolus, Cosmus Medices, quo-  
 & 4.H.E. rum potentia civibus exilio castiganda visa est. Romani certas insulas habebant, quod viros suspectos vel damnatos deportabant: Tales erant, quantum ex Tacito animadver-  
 1. An. c. 3. tere potui, Planasia, in quam projectus Agrippa hortau Livia.  
 §. 6. Cercina, quod Sempronius Grachus familiar nobili, solers ingenio,  
 1. An. c. & pravè facundus, à Tiberio amotus, quatuordecim annis exili-  
 3. §. 6. um toleraverit, trucidatus post à militibus, constantia mortis hanc  
 indignus Sempronii nomine. Giarus, in quam relegatus Sila-  
 nus Asia Proconsul, mitigata dein sententia, quod Insula illa esset  
 3. An. c. immixta & sine alia hominum, Cytheram ablegatus est. Amor-  
 69. §. 4. et gus, in quam Vibius Serenus Proconsul ulterioris Hispanie, de vi  
 4. An. c. 15. § publica damnatus, ob atrocitatem morum deportatus fuit, quod post  
 4. A. c. 13. ea & ejusdem Sereni filius ablegatus est. Pandateria, in quam  
 §. 3. Octavia Neronis uxor pulsa, quod pro ea flarent studia vulgi.  
 14. A. c. 63. 14. A. c. 63. Syrphus, quo faxo Cassius Severus orandi validus primum  
 §. 1. 4. A. c. 21. Cretani amotus post consenuit. Donusa, quā dictis sententiis  
 11. 4. Serenus claudi debebat, nisi Gallus Afinius restitisset, ege-  
 Ibid. c. 30. nam aquæ Insulam referens, dandosque vite usus cui vita con-  
 §. 2. cederetur. Trimerus, in quam neptem Julianam convictam  
 4. An. 61. adulterii projecerat Augustus. Naxus. In hanc tanquam de-  
 5. 16. An. 9. 2. vebetur, Silanus Hostiam amotus est. Baleares, in quas pul-  
 sus Suilius. Sardinia, in quam avectus Cassius. Ex quibus  
 13. An. c. apparet, Tacito non absque ratione Mare appellari plenum  
 43. §. 6. exiliis.  
 16. An. c. §. XXXVI. An autem tale Ostracismi reme-  
 9. §. 1. dium justum sit nec ne, mihi non est propositum disputare,  
 1. I. H. c. 2. sed saltem inquirendo conducat, ne semper Reip. annon  
 §. 4. illo uti? Existimo ergo illud, nisi sit in certum locum,  
 unde exitus liceat nullus, quemadmodum apud Romanos, non adeò esse tutum. Homines enim præclaros vel  
 qui

qui civium aut exterorum amicitia nituntur, non esse temerè irritandos, optimè suadet Principi suo Machiav. Quod c. 8.  
 si enim ejusmodi apum melia non placent, saltim non sunt exercitandi aculei injuria vel contemptu. Unus enim sive literarum sive militiae peritus, quam sepe privatam injuriam publicè Barc. lib. ultus est: quam sapè unus vicit, unus partes inclinavit: ver. 1. Arg. c. 10 ba sunt Arsidae. Exemplo sit Robertus Atriensis, qui, apud f.  
 Philippum Valesium summo semper in pretio habitus, tandem in odium inductus, non aula solùm, sed quo- Froß. I. 1. init. H. G.  
 cunque se reciperet, expulsus, secessit in Angliam, ibi-  
 que in consilium Eduardi III. assumptus, Regi suo autor  
 fuit belli Valesio inferendi. Quâ de causa Cosmo Medi- Math. H.  
 cæo in exilium pulso, plus detrimenti quam commodi par- El. l. 4.  
 tibus suis accessisse, existinabat Reinaldus ipsius adversario-  
 rum facile Princeps. Homines enim magnos aut non fodien-  
 dos, aut si cæperis, esse extinguendos ajebat. Atque hinc est  
 quod nonnulli, ne tales vitos insignes ad vindictam accen-  
 dant, ejusmodi exilium vel nomine, vel etiam re ipsa emol-  
 lire studeant. Nero cum Trebellii Pollionis per vulgus &  
 populum amorem suspectum haberet, literis ad eum com-  
 positis ipsum admonuit, consuleret quieti urbis, seqꝫ pravè dif- Tacit.  
 famantibus subtraheret: Esse illi per Asiam avitos agros, in L. 14. An.  
 quibus tutæ & inturbida juventà frueretur, quod etiam Pollio  
 secessit. Quin etiam viri virtuosi & patriæ amantes volun-  
 tario exilio fese his calumniis & suspicioni admoniti luben-  
 tissimè subtrahunt, cuius egregium exemplum affert Ma-  
 chiavellus in Joanne De la Bella, qui postquam consilia 1. 2. H. Flor  
 populo Florentino ipse dederat adversus potentiorum auda-  
 ciam, ab ipso populo nimia autoritatis suspectus, variisque  
 criminacionum causis petitus fuit, quod ille quidem sens-  
 tiens, quò eos metu, quem frustà de se conceperant, li-  
 beraret,

beraret, urbi se proprio affectu motus subduxit, insigni a-  
 moris erga patriam documento. Illi, qui Ludovico XIII,  
 persuaserant, ut matrem aulâ juberet absistere, dum ipse  
 Regnum capesceret, dixere: *Secessum fore, non Exilium*: Et  
 Gram. l. 2. *Luyraei exilium fautores dixerunt secessum, vocabuli lenitate, qui*  
 H.G. *aule mos est, temperatâ asperitate, Re autem exilium molliunt,*  
 qui specie honoris vel legationis, seu alterius negotii causâ,  
 inde arcent viros potentes, ubi eorum præsentia Reipubl.  
 Tac. l. 2. potest esse suspecta aut formidulosa. Sic Tiberius *Germani-*  
 An. c. 42. *cum specie honoris amolitus est, struxitque causas, aut forè ob-*  
 §. 2. & 43 *latas arripuit, jactitans publicè: Non posse motum Orientis nise*  
 §. 1. *sapientiâ Germanici componi.* Galba Ottomem *suscipitum in Pro-*  
 l. i. H.G. 13. *vinciam Lusitaniam specie legationis imposuit. Vologeses quâ bel-*  
 §. 5. *lum ex commodo pararet, an ut emulationis suspectos per nomes*  
 13. An. c. 9 *obsidum amoveret, tradit Romanis nobilissimos ex familia Arsa-*  
 §. 2. *Gram. l. 1. ciclarum.* Eadem via Ludovicus XIII. & Regina mater malum,  
 H.G. quod ex Condæi præsentia oriri posse existimabant, anteve-  
 lib. cit. nere. Nam cùm is citationi, quam Parlamentum Lutetianum  
 fecratur, convocando Duces & Pares Franciæ, pareret  
 itinere Lutetiam propero: ad extrema Picardie ire jussus est, spe-  
 cie negotii quod imminebat: Consultò gestum, ne in res novas  
 studia gliserent: Quippe magna tum ex Condæi persona in re-  
 bus Galliæ momenta erant. Idem antea, quod factio abfineret,  
 procurationem Aquitania obtinuerat: Trahebatur enim in obli-  
 quum pravo consilio.  
 §. XXXVII. Aliud supprimendorum virorum  
 illustrium remedium, & prioribus fortè durius, est Mutila-  
 tio corporis, quâ illi vel ad imperium capescendum, vel  
 An. Sylv. ad res turbandas incapaces redduntur. Uldaricus XVII.  
 H.B. c. 18. Bohemorum Rex germano suo, sive proditoribus suggeren-  
 tibus, sive, quod ætatis beneficio illum sibi præferri vere-  
 batur

batur, effodi oculos jussit. Et Gotarzes Regnum usurpans Tat. l. 12; Parthorum, Meherdatem verum heredem auribus decisis vivere An. c. 14. jussit. Imperator quoque Iustinianus inauditâ atrocitate Silb. au. 5. Bellisarium, post tot tantasque victorias, devictis hinc Per- disc. du. 1. sis & Africanis, inde Gothis in Italia prostratis, oculis ef- liv. de la fossis ad tantam paupertatem adegit, ut foribus civium ob. I. P. du ambulare necessum haberet, rogaturus panem. Nec defuere Min. d'E. etiam his immaniores, qui viros eminentes per venena aut stat.

§. XXXIX. Alii rebus suis aliter prôspiciunt, custodiâ aut carcere includendo viros sibi suspectos, quomo Joannes Galeacius Viscontius, alioquin Comes vir- tutum nuncupatus, patrum suum Bernardum in vincula conjecit, eaque ratione universâ Longobardîâ potitus est. Matth. H. Duci Albano, cùm in odium & suspicionem Regis Hispani in- Fl. l. 3. cedisset, aulâ jussò absistere domus quædam campestris pro carcere fuit. Condæus specie honoris in Regiam vocatus, Silb. au. 7. dis. du. 1. l. mox in Basiliam captivus traductus est, inde paulò post Vin. de la d. 1. P cenniam manente custodia translatns. Subierat autem animû Regis ista, de Condœo arstâ custodiâ cohibendo, cogitatio, pro Gram. l. 2 pterea quod, illo rerum Statu, non aliâs futuram in tuto Rem- H. G. publ. crederet: *Truncum enim fore, quodcumque in Gallia ibid. l. 6. rebellionis effet, si capite minueretur.* Hoc remedii genus à Turcis quoque frequenter usurpari deprehendimus, cuius exemplum ætas nostrâ vidit in Sultano Mustapha, à fratre Sultane Achmeto in custodiâ misso, qui mos genti est, defuncto verò eo regimini admotus, donec adolevisset Prin- ceps Osmânes, per ætatem gubernaculo impar, ubi solio in- stitit, non solum Osmânam, cuius tutorem agebat, in pri- vataam custodiâ egit, sed & ejus fratres captivos vinxit, ut- poter in secundam Regni spem vocatos. Sed versâ rerum

facie, inopinâ ope oppressæ Tyranni vires suere, & ipse Mustapha priori & adhuc arctiori custodiæ restitutus fuit. Coeterum nec hæc ratio cōercendi viros excellentes omni omnino periculo caret 1. Si is, quem captivum servare velis, sit animo generoso & injuriarum impatiens. 2. Si potentia valeat, nec spernendis viribus. His enim dimissis nullum, quām reparandæ injuriæ, quam sibi illatam credent, erit studium. Facile enim fieri haec potest, ut inveterata sive

*Mach. l.s.* amicitia, sive odium, novis vel officiis vel injuriis facile obliteretur. Unde Reinaldus Costmi Medicæ adversarius eam

*H.F.* ferebat sententiam : *Homines magnos aut non esse fodierendos, aut, si coepiris, occidendos esse.* cuius rei quoque non ignarus fuit Johannes Vitellescius Cornetanus, dictus Cardinalis Florentinus, copiisque & rebus gerendis in Tuscia, Flaminia, Regno Neapolitano, Romaque ipsâ à Pontifice præfatus. Hic, postquam tantum autoritatis adeptus erat, ut

*Id.l.5.* nec ipsi Pontifici jam liberum esset, illi imperare, nec copia ipsius alium, prater ipsum, Ducem ferre possent, jussu Papæ captus, Castellano, qui eum erigere studebat, prudens responsum dedit : *Non consuetum esse, ut viri praestantes capiantur, quò iterum eos dimittamus, nec eos, qui capi non meruissent, iterum dimitti solere, à quo augurio non diu superstes in carcere periit.* Et hac de causa à quibusdam

*Conring.* Caroli V. Cæsaris error notatus est, quod Franciscum Gal-

*Anim. ad liæ Regem, cum semel cepisset, captivitate solutum di-*

*Mach.* miserit, atque ex inimico inimiciorem multò sibi reddiderit. Non ergo temerè sunt dimittendi tales injuriarum aesti-

*Pr.c.3.* matores, nisi ejusmodi beneficiis reconciliati, que injuriam excedant, aut eo statu collocati, ut metu majoris mali

nolint vindictam aggredi, sed potius ita arcte servandi, ne

aut custodes fallant, quemadmodum Cerealis cultu agresti,

& notitia

& notitia locorum Vitellii custodias clapsus est ; aut iis cor- Tac. l.3. H.  
ruptis aufugiant , velut Vonones & Claudius Labeo apud c.59. §. 4.  
Tacitum- 3. Si favore multitudinis protegatur. Posset 2. An. 6.  
enim tum ista res ansam præbere tumultandi , quemad- 68. §. 1.  
modum in Gallia Lutetiis accidit , cum Principem Con- 4. H. C. 56.  
dæum carceri inclusum esse , ad populi aures pervenisset. Gram. l. 2  
Ideoque necessum est in tali casu locum quendam carceri H. G.  
eligi , qui à conspectu plebis sit remotus : Quâ de causa  
Ludovicus Galliæ Rex Condæum Vincenniam per obscura  
noctis traduci curavit , intutum existimans *Lutetia carcerem* ibidem:  
viro Principi . in quem amor populi.

§. XXXIX. Ex ipsis, quæ modò dicta sunt , mā-  
nifestum esse existimo , fortia hæc & violenta remedia , quæ  
in medium adducta sunt , non semper ex usu Rerum publ.  
esse , sèpissimè illis delicta accendi , ut loquitur Tacitus. 12. An. 6.  
Unde consilium illud , Aristoteles quod dedit , longè illis 54. §. 3.  
censeo anteferendum. Si alicujus potentia , inquit , videtur s. P. o. II.  
dissolvenda , erit hoc sensim ac paulatim faciendum , nec uni- Matib. l. 7.  
versa simul auferenda , eoque abstinere ab omni injuria. Non H. F.  
raro enim evenire solet , ut ultrò cadentem si negligas , ruina  
ipsius certò subsequatur , at si impellas , aliunde sustineatur.  
Tutius igitur est , sensim ac quasi per cuniculos aggredi con-  
vellenda fundamenta , quibus potentia alicuius nititur , ac  
subtractis velut alimentis ignem ambitionis extinguere,  
quàm in ipsis potentiaæ autores crudeliùs savire.

§. XL. Illi ergo , qui virtute aut rerum gestarum  
gloriâ plus æquo pollent , non statim violentis ipsis mediis  
sunt deprimendi , quæ cladi sèpenumero sunt similiora quàm  
Medicinæ , sed pedetentim , ac ut ne sentiant , à rebus ge-  
rendis vel otio & luxu , vel specie quietis & honoris , sunt di-  
strahendi , & ad privatam vitam redigendi. Ita enim haut  
mul-

multum erit quod de illis metuas , præsertim quum hac ratione illorum actiones facilius observari possint. Hoc consilio Ferdinandus Hispaniaæ Rex Consalvum Magnum , specie honoris , quem ostendebat venienti , in Hispaniam vocatum , privatum esse jussit. Magistratu autem nimio si quis elatus fuerit , providendum , ne ille contra præscriptum tempus , quod breve esse oportet , prolongetur , aut idem bis uni demandetur , quod incaute in Julio Cæsare Romani neglexerunt , concessa in quinquennium dictaturâ. Ne autem tanto magistratu functo omnia simul auferantur , minoribus , & quæ cum minori sunt potestate , curationibus præfici potest. Cui rei quâ maximè conductit salutaris ista consuetudo , quâ , qui civium summos magistratus gesserint , iidem non audeant aspernari minores , quam apud Romanos in usu fuisse , & male à Venetis negligi prodit Machiavellus : Si quoque accidat , ut urgente necessitate , summus aliquis magistratus constitutus sit , is eadem cessante iterum derogetur. Ita apud Venetos Imperator classis , qualis raro creari solet , non potest cum armatis triremibus ingressi urbem Venetam , neque etiam tum , cùm perfecto

*l. i. disc. c.*  
36.  
*Cont. l. 4.*  
*de R.V.*

negotio domum redit , sed cùm primum Istriam pervenit , quæ provincia centum fere millibus passuum ab urbe distat , stipendum nautis ex legis decreto solvi debet , & omnibus dimissis , demum ut privatus in urbem admittitur. Hi qui provinciis aut munimentis præsunt , ubi novandarum rerum suspicionem dederint , inter se permittentur , aut alio successore misso , ad alia officia aliasque provincias admoveantur. Observati id plerumque solet in ipsis provinciis , quæ bello sunt acquisitæ. Illæ enim haut diu solent permitti illorum imperio , quorum industria aut fortitudine partæ sunt , utpote quibus maxima commoditas est , se ipsos ,

spre-

spretis superioribus , in illis confirmandi , præprimis si  
 per consuetudinem cum illis populis habitam ab illis in pre-  
 tio habeantur. Ita Emanuel Portugalliae Rex Albuquer-  
 quium , qui Ormum , Goam & Indias Orientales ejus po-  
 testati subjecerat , istorum populorum imperio dimovit ,  
 successore misso : quæ res generosissimi viri animum anxiū  
 & dubium tenens , hæc verba ipsi expressit : *Bon Dieu*  
*de combien de meaux me trouve-je environné ! Si je suis fi-* Silb. au. 7.  
*delle à mon Roy , j'offence les hommes , & j'offence mon disc. du 1.*  
*Roy , si je veux suivre l'inclination des hommes.* Ex I. de la 1. P.  
du Min. d'  
Estat.  
 quibus verbis apparuit , Albuquerquo nec vires nec volun-  
 tatem populi defuisse , quin neglecto Rege , sibi ipsi impe-  
 riū istarum regionum retinere potuisset , ni fidelitatem  
 Regi suo debitam potentia stimulis præposuisset. Eadem  
 de causâ Ferdinandus Confalvum Neapoli avocavit : &  
 Carolus V. Ferdinandum Cortelium , postquam Regnum  
 Mexicanorum ipsi subjugaverat. Si verò acciderit , ut  
 magistratus iidem , aut curationes , consilia , judicia de-  
 nique , constent ex pluribus , ejusdem familie aut affini-  
 tatis agnatis , illos necessarium erit transferri , quemadmo-  
 dum in Gallia Comitiis Notabilium constitutum fuit , ut  
 Lutetiano Parlamento indebiti ( Gallis vocantur *Les In-* Gram. I. 3.  
*compatibles* ) Tholosano ascriberentur , & contrà. Ita  
 factionibus privatis obstiturum Regem , quæ in Parlamen-  
 tis nimis quam multæ essent. Amor autem & studium  
 populi optimè infringi potest , si ipse Princeps & Resp.  
 eum iisdem & majoribus beneficiis , à civibus suis in se  
 derivet , suggestoris interea invidia flamma ac vii. Hoc  
 remedio si usi fuissent adversarii Cosmi Medicæi , nullum  
 dubium est , quin plus eo effecissent , quam intempestivā  
 ejus relegatione. In quo etiam Galba graviter erravit , qui  
 duna


dum Otto obnixè studia militum donis ac largitione ambi-  
ret, ipse donativum sub ejus nomine promissum, ne qui-  
dem dari voluit, *Legi à se militem, non emi dicens, voce*  
*5. §. 2.* *quidem pro Republ. honestā, sed illi anticipit: Neque*  
*16. c. 18.* *enim ad hanc formam cetera erant, cum ex adverso con-*  
*§. 5.* *staret, potuisse conciliari animos prætorianorum, quantula-*  
*cunque parci senis liberalitate. Divitiarum autem minuendarum*  
*Gram. l. 3.* *remedium est, si nimis opulentī ornentur dignitatibus, cu-*  
*H. G.* *crationibus, legationibusque sumptuosis ac damnosis, &*  
*ad l. 2. An* *quæ sine rei familiaris dispendio obiri nequeunt. Si item*  
*Tac. c. 5. §.* *nimirū pensiones, quæ forte in Rep. invaluerunt quibusdam*  
*1. s.* *conferri, revocentur, quæ ab Henrico IV. justatum*  
*ex causa in Galliam invectæ, & pessimo usu continuatæ,*  
*abrogata sunt iis, quæ sèpius nominavimus, comitiis.*  
*Nobilitate denique & superbis titulis inflatos optima depri-*  
*minibus communicentur: Ita enim evilecent illa nomina,*  
*multitudine & ignobilitate candidatorum, inquit Forstnerus.*

§. XLI. Hæc sunt quæ de minuendâ tam cā, quæ nimia  
nondum est, quam quæ talis jam existit, unius vel paucorum  
potentia, ex nominatis Historicis potui animadvertere, quæ  
non possum quin unico adhuc, quod ex Tacito didici, re-  
medio finiam, estque illud, In iucere sc. hominibus, potentia &  
novandi cupiditate formidandis, spes alienarum rerum, quo  
suis ipsi abstineant. Hoc Phærasmenes Hiberiæ Rex in  
propria filii persona usus fuit, quem Regnum senectā patris  
sibi detineri crebrinus ferociusque jaçtantem, quam ut cupidi-  
nem occultaret, pater ad aliam spem traxit & Armeniam osten-  
tavit, pulsis Parthis datam Mithridati  
4. *a senut memoran-*  
*c. 44. §. 3.* *do.*

Hic teneat nostras anchora jacta rates.

Addenda & Emendanda.

**P**aginarum numeri post pag. 20. ad Dissertationis finem primò corrigendi.  
quo factò ad reliqua sic transfunduntur. Pag. 1. lin. 3. in allegat. pro 38. lege 8.  
P. 2. l. 2. scribe humana. p. 3. l. 16. post *Gellent* adde *Gel.* p. 7. l. 1. in allegat. lege  
*Brach.* p. 8. l. 18. post *non ponere comma.* p. 10. l. 3. *Scaliger.* cad. p. 1. 16. pro *Gel.* *A-*  
*vernarium lege L. Aroninum.* p. 11. l. 2. in alleg. lege 16. eit. c. 12. p. 12. l. 14. scribe  
*ore.* ead. p. 1. 29. post *jure* adde *et.* p. 13. l. 12. & 13. in alleg. legi *Sagil.* in l. 1. *H. Taciti*  
c. 2. p. 17. l. 4. post *debet* pone *comma.* p. 20. l. 19. in alleg. adde c. 19. p. 21.  
l. 13. scribe *Gramodus.* p. 22. l. 1. pro *xvii.* lege *xvi.* p. 24. l. 11. in alleg. adde  
*Mif. c. 24. s. 2. 3. cad. p. in 3. alleg. adde c. 71. s. 2. ead p. in alleg. ad ult. lin. expunge  
*Bel. Cas.* quia p. seq. ead. repetita. p. 26. l. 6. lege *imperatam.* p. 26. l. 17. pro *хан-*  
*жий* pone *ханский.* p. 30. l. 23. scribe *Rego.* p. 31. l. 26. lege *obime.* ead. p. lin. 29.  
scribe *solus.* p. 34. l. 3. post *Principatus* adde *specimen.* cad. p. l. 3. post *Agrippam* po-  
ne *comma.* p. 36. l. 9. pro *aut* lege *et.* p. 40. l. 23. post *inquirere* pone *comma.*  
post *conducere* idem *dile.* p. 43. l. 25. post *Musapha* adde *ensi.* ead. p. l. 26. pro *misse*  
scribe *misi.* p. 44. l. 1. in fac. pro *sensu* lege *fomes.**







**ULB Halle**  
003 619 079

3



f


5b.

KDT7



# Farbkarte #13

B.I.G.



DISSESSATIO HISTORICO-POLITICA,  
*De*  
EMEDIIS ADVERSUS  
NIMIAM UNIUS VEL PAU-  
CORUM CIVIUM EXCEL-  
LENTIAM,  
*1663, 3*  
Facente divinâ Clementiâ,  
SUB PRÆSIDEO  
EXCELENTISSIMI ET CLA-  
RISSIMI VIRI,  
N. SEBASTIANI  
RAMSPECK  
IT. AC ELOQUENT. PROFESSORIS  
P. ET h. t. PRORECTORIS  
MAGNIFICI  
Publico Examini Subjicit  
USTUS HENRICUS STORREN  
HILDESHEIM.  
Die *J. M.*  
*Martyr horâ locog̃ consuetis.*  
*Sc (o) Sc*  
HEIDELBERGÆ,  
Exed. AEGIDIUS WALTER Acad. Typogr.  
ANNO M DC LXIII.